


BIBLIOTECA VITT. EMANUELE
FONDO EBORENSE
36
16 B
6



NOMOLOGIA, QVA ELOQVENDI AC DISSERENDI RATIO

NOMOLO-
GIA, QVA ELOQVEN
di ac disserendi ratio ad usum forensem
ciuiliumq; causarum procuratio
nem, pergrata studiorum
omniū utilitate, ac-
commodatur,
aucta &
recognita nunc iterum ab ipso
AVTORE IACOBO OMPHA
LIO IVRECONSVLTO.

et Dialogus de Jure. 29.



COLONIAE
Apud [redacted],
1 5 5 8

03



ILLVSTRISS. ET AMPLISSIMO VIRO D. IOHANNI ab Angesto, præsuli & comiti Nouiodunensi, patritioq; Franciæ, IACOBVS OMPHALIVS S. P. D.



VLTAE *sunt & graues causæ, clarißime Presul, cur oẽs, qui in aliqua studij laude ac nomĩs gloria uersantur, admirabilem istam excellentis naturæ bonitatem orbi gratulẽtur uniuerso: lætenturq; cũ presenti, tum etiã sperata tua dignitate. Is enim uitæ tuæ splendor est, ea laudabilis eruditiõis amplitudo, & mira quædã in omnibus grauioribus disciplinis præstantia, nihil ut fortuna in te uideatur amplius constituisse, q̃ ut poßis: nihil natura excellẽti⁹ largita, q̃ ut uelis laudãdarũ artiũ dignitatẽ in pristinã honoris pulchritudinẽ adducere atq; excitare.* Et cũ *ipse in hac uita communiũ perturbationũ cõcursatione, ingenij uim oẽm, uniuersa naturæ atq; industriæ instrumenta, ad laborãtis reip. ægras ac propè depositas partes suscipiendas conuertas, magnũ cunctis exemplũ proponis, in oẽm bene gerendæ rei occasionẽ fortiter incũbendi.* Sic enim à cæteris cu

ris ad unā reip. ſalutē conuerſus, illuſtrem Gallorū gloriā, quæ inuidētis fortunæ ludibrio in peius nu per ferri cœperat, in auitā poſſeßionē collocas: ſic in oēm honeſtißimæ dignitatis ambitū incumbis, ſic deniq; quæcūq; ſentis crudeli fatorū acerbitate deiecta, noua animi uirtute excitas, ut amplißima in orbe terrarū clarißimaq; excellentiū uirtutum tibi cōſtituta ſint monimēta. Cuius tuæ laudis quantā nō hæc ſolū ætas noſtra, ſed poſteritas oīs habitura ſit admirationē, ex eo intelligi pōt, q, nullū aut maius aut illuſtrius ex omni humano opere eſt beneficiū, q̄ quarum rerum gloria publica oīm dignitas cōſti tuitur, quibus eæ artibus cōparentur, earū prouehere ſtudia atq; amplecti. SOLA enim eius uirtutis ſtabilis & ſempiterna eſſe cōmemoratio ſolet, quæ cōmuni officij uoluntate, nulla ſpe beneficij, in remp. cōfertur. Cæterorum operū magnitudo, nec ætatis erit oīs, nec in tanta rerū uarietate oēm iniuriosi temporis ſuperabit longinquitatē. Quæ uero literis à te erunt excitata, ea poſteritas obſtupeſcēs uenerabitur, ea æternitas ipſa intuebitur, ea ſuā ſeculorū oīm mēoria retinebunt firmitatē. Neq; enim ullus reip. ſtatus ab omni laude felix, ſine cōmunibus literis cōſtitui: neq; grauior ullius rei, q̄ literarū iactura eſſe pōt, propterea q, natura hāc rebus hūanis indixit legē, quæ nulla ui cōuelli, nullo conſilio abrogari pōt, ut rerū florentißimarū dignitas ſine ingenti totius reip. malo cōcidere nequeat. Declarat illa, in quā nuper deiecti ſumus, ueteris diſciplinæ perturbatio, quantā perniciē rebus hūanis at-

tulerit ingenuarũ artiũ neglectio: quarũ tamen ma iores nostri, rebus adhuc florẽtibus, in optima rep. honoribus ac rerũ gestarũ gloria afflucti, maximã semper habuêre uenerationẽ. Sed cũ unus tu sis, qui animũ, mentẽ, atq; cogitationẽ ad literarũ amplitudinẽ ac reip. decus incites, ferenda minus acerbe ia ctura, quæ tantis unius hoĩs cõmoditatibus cõpense tur. gaudendũ uero magis, cũ ipse oẽs iustæ eruditi onis nũeros absolueris, oẽm antiquitatis mẽoriã ani mo teneas, unicũ ætatis nostræ præsidiũ sis atq; ornamentũ, ita in oẽs te literarũ studiosos affectũ esse, multorũ ut ocia foueas, atq; augeas dignitatẽ. Tecũ enim magnus ille & clarus literarũ cĩm professor regius Paulus Paradisus, tecum literatißimus quisq; habitat, tua familia ex illustriũ uirorum cõsuetudine collecta, tanq̃ publicũ ciuitatis est ornamentũ. Hæc animi tui excelsi, morũq; inaudita quædã facilitas me impulit, Præsul clariß. ut quũ nuper in iurisconsultorũ collegiũ adoptatus, eloquendi ac differendi rõnẽ ad certã aliquã ciuiliũ causarũ usurpationẽ referre studuissem, laborẽ hunc meũ nomini tuo dicarem: ut cũ ijs, qui hoc à me summa gratia cõtenderunt, gratificer, tũ uero nominis tui splẽdorem inuidiæ ac obtrectationis opponerẽ ambitioni. Malui enim, cũ in hac difficili & lubrica scribendi rõne optimorũ hoĩm studijs sim obsecutus, suo ipsi de me iudicio, si labor hic gratia omni destituatur, aliquid detrahant, q̃ illis si defuissem, meã desiderẽt uoluntatẽ: & in hac cõi flagrãtis inuidiæ flãma, sperandũ mihi non putaui, ut quæ florẽtißimis ingenijs

incūbit, maledicētißimorū hoīm obtrectatio, ea quā tūuis obscurus & ignobilis homo carere possem. Est enim huius seculi labes quædam ac portētosa libido, optimorū hoīm industriæ inuidere, alienæ uitæ dignitatē maculis cōspergere uelle, ipsum deniq; florē uirtutis infringere. Quæ diuturna impunitate cōualescens, eò iā serpit ac progreditur, nulla ut iucūda ingenij laus, nulla excellētiū rerū āplitudo cōstare nobis poßit, quā nō amēs ac perdita quorūdā decerpat malignitas. Sed quādo eorū lāguescere industriā, q ingeniū, usum, ac sciētiā suā ad publicā oīm dignitatē cōferūt, nulla inuidiæ ambitiōe oportet: propterea q, hi demū, q suæ diffidūt animi morbo debilitati, alteri⁹ inuidere uirtuti credunt, sustinebo quodcūq; de me fiet iudiciū: ut quātū mihi laudis decerpat amēs ac perdita quorūdā inuidia, tātū uicißim animi addat uoluntatis honestæ fidutia. Et tanq̄ ignis uētorū ui agitatus uehemētius flagrat, ita uires maiores aduersus calūniæ tela afflicta uirtus accipiat atq; corroboretur. Est enim alta quædā hūani ingenij uis, & admirabilis rerū natura, ut q grauis, ueræ, ac solidæ gloriæ sensum ceperit, in ea amplectēda oēs uitæ uoluptates negligat, oēs falsos ac iniquos rumores spernat. Quāq̄ hic adeò nihil inuidia dignū uideo, ut mihi etiā ad officij mei excusationē, huius temeritatis deprecationē intelligā esse necessariā. Eā ut autoritatis tuæ amplitudine subire, in tuaq; religiōe, fide atq; existimatione depositam nominis mei propugnationem suscipere uelis, omni abs te gratia atq; ueneratione contendo. Lutetiæ, Calendis Octobris, Anno 1536.

Oq

INDEX RERVM AC VERBORVM MAXIME

notabilium, in ſequentem Omphalij de eloquendi ac differẽdi ratione librum, ſummo Bart. Laurentis ſtudio iuxta ſeriem alphabeticam digeſtus.

Corrigatur in exemplari ipſo numerus 14 et 266

Q 10

Ɔ 12

O 46

O 17

ERRATA.

Prior in sequenti tabella numerus indicat paginã, posterior lineam, inde sequitur aut innuitur uera lectio.

Pag.23.lin.17. πληκτικὴν 26.27. dele ubi 75.13. rheto 88.17. to: pro 110.22. tatisq; 136.19. ἐξεις καὶ ibid. ἕξεις ma- 145.17. uolu- 146. inter lineam 3 & 4 insere, FORMA. 150.2. Qual 161.8. inter se 196.19. tanto 205.18. pronun 208.17. ἀνάγκη 241.5. quàm tũ 250.10. uincire 277.27. & condecens ¶Reliqua aut nulla, aut cum archetypo communia, aũt certe leuiora quàm quorum mentio fiat, tametsi nõnulla ex his quæ hic notata sunt, superfluo notata uideri possint.

DE RATIONE ELOQVENDI AC DISSERENDI Liber Vnus, ad usum forensem ciuiliumq; causarum procurationem mira facilitate, & pergrata studiorum omnium utilitate adcommodatus,

AVTORE IACOBO OMPHALIO IVRECONSVLTO.

De usu eloquentiæ.



NTER amplissima naturæ bona, quibus uel gloriæ æternitatẽ nominis ac famæ prædicatione cõsequimur, uel ad ciuilem humanũq; cultũ informamur, non aliud magnificentius beneficiũ ipsa illa orandi facultate princeps ac rerum omnium parẽs Christus homini concessit. Nam & ea cũ uitæ ipsius dignitatem, tum uero uniuersam reipublicæ salutẽ maxime continet: & cætera in squalore iacerent perpetuæ obliuionis caligine obducta ingenuarũ artium studia, & quicquid hæc rerum uniuersitas habet uel laudis amplitudine ex

cellens, uel gloria præstans, uel admirati one immortale, prorsus concideret, nisi hæc cuncta eloquẽtiæ splendore ac lumi ne illustrarentur. Cuius ea non solum uis est atq; facultas, qua rerum omnium na tura atq; proprietas dicẽdo profertur, sed uniuersa in omni laudis genere oratoris admiratio, uniuersa humani ingenij alti tudo, excellẽtisq; naturæ dignitas, huius pulchritudine continetur. Neq; enim ali ud ad tradendas disciplinas, ad cõuerten das aliorum in nos uoluntates tam uehe mens est, quàm oratio liberalis, erudita, admirabilis, rerum uerborumq; floribus uestita, fusa & æqualiter fluens, quæ de lectationẽ, quæ dolores, quæ misericor diam excitare, repugnãtem flectere, stan tem deturbare, iacentem erigere potest. Neque maior admiratio exprimi ulla, q̃ hominis eloquentis potest: quem de gra uibus reipublicæ rebus, de officiorum ra tione, de uirtute, de religione differentẽ, tanto cum stupore cæteri exaudiunt, ut eum, qui eloquentiæ laude cæteris omni bus egregie antecellat, plus sapere, quàm in homine quoquam credibile sit, admi-

rabili naturæ animorumq; consensione pro fiteantur. Nihil denique ad uitæ splendo rem, nominisq; nobilitatem uel præstabi lius est, uel excellentius, quàm cum bre uissimas nobis uitæ regiones, gloriæ ue rò ac laudis excursum sempiternum na tura dederit, posse tamē sola nos eloquen tia uitæ breuitatem posteritatis comme moratione compensare. Nulla est reipu blicæ dignitas, quæ nō eloquentia cōser uetur: nulla uitæ pars, quam nō eloquen tia regat: nulla ciuilis societas ac fortunæ communio sine bene dicendi ratione in ter homines constare potest: ut eam qui spernat ac negligat, is iam non hominis, sed bruti atque pecudis nomen habeat. Quanquam & feras quoq; immanes ora tione humana flecti atq; allici, ut delphi nos ac pleraq; alia animantia uidemus, ut non parum portentosum eorum sit fasti dium, & in omni memoria inaudita quæ dam barbaria, qui ad omnem ingenij hu militatem abiecti, nullo eloquentiæ stu dio ad res præclare agendas inflamman tur: quorum amens, perdita ac profliga ta uecordia, grauissimam pestem cum re

ctis studijs, tum uero in moribus bonis in uexit: quando immanes eorum & barbari mores, à quibus omia humanitatis studia negliguntur, facilè me tacente arguunt, quàm sint non solum ab omni humanitate, sed etiam simulatione humanitatis relicti. Quid aũt tã magnificum, q̃ posse aliorum uolũtates, quò uelis, impellere? aut quid tam propriũ humanitatis, q̃ oratio splendore rerũ illustrata, ad languentis populi uel incitationem, uel effrenati moderationem adhibendam? Quid porrò tam necessarium, quàm in concordia retinere ciuitatem, atq; animorum sensa dicendo inter nos communicare? Magnæ profecto & admirabilis cuiusdam est gloriæ, cum suis quisq; affectibus uehementius blandiatur, quascunque tamen in hominum animis permotiones res & causa postulat, eas dicẽdo uel excitare, uel componere ex multis unum aliquem posse. Regiæ est magnificentiæ, nocentis fraudem ciuium odio subijcere, populum audacia furentem reflectere, aut fortunis desperantem & metu debilitatum, ad reipublicæ decus incitare. Illud uero necessitu-

dinis uideri poteſt, cũ toties inuidiæ tempeſtatibus obiecti, in medium ſæpe communium temporum diſcrimen deueniamus, eiuſmodi tamẽ arma tenere, quibus uel noſtra tecta ſit innocẽtia, uel aliorum diſrupta conſtringatur ſæuiendi libido. Cum igitur bene dicendi facultas ea ſit, quæ magna iam inde ab initio humani generis præſidia ſummo cum honore & dignitate priuatis publiciſq; rationibus attulerit, quæ pergrata utilitate, & dignitate admirabili hominum ſtudijs ac ſaluti conſulat; nec alia aut uberiorem delectationẽ, aut maiora præmia ad gratiam, ad fortunas, ad dignitatem propoſita habeat, digna ſane eſt, ad cuius ambitum atq; gloriam omni animorum cõtentione ſtudioſa iuuentus inflammetur.

Quid ſit rhetorica.

RHETORICA bene dicendi eſt ſciẽtia.

Hæc conſtat	Natura,
	Arte,
	Exercitatione.

NATVRAE ἕξις & motus celeres, quos Ariſtoteles alicubi φυσικὴν ἀρετὴν appel- Quib⁹ rhetorica conſummetur.

lat, cum ad reliquas disciplinas omnes, tum uero ad præclarã illam bene dicendi indolẽ mirifice conducunt: eiusq́; uis tanta est in brutis animantibus, nedum hoĩe rationis capace, ut eã sine doctrina ad pulcherrimarum rerum laudem admirationemq́; plurimum ualere, documẽto sint admirabiles apum cum labores tum constans quoddã cõmunis utilitatis studiũ, formicarũ item prouidentia, ibis Aegypti auis solertia, cui clysteris usus nõ sec⁹, atq; hippopotamo uenæ sectio refertur accepta. Est eñ naturalis quædam uis nostris impressa animis, qua rerum oĩum inter se ordinem cognationemq́; peruidemus. Quæ si mediocris obtingat, poterit studij diligẽtia augeri atq; incitari. Nã Catonis Censorini, Torquati, Q. Vari infantia, ac quædam naturæ tarditas labore excitata, in summam laudandarum artium cognitionem effulsit. Marcus quoque Crassus à doctrina mediocriter, angustius etiã & exilius à natura institutus, laboris & studij uehementia, eruditionis magnitudinem admirationemq́; est consequutus. Sunt etiam hodie permulti, qui

naturæ & ingenij egestatē sic dissimulāt, ac corrigūt labore, ut quæ desint, nō magnopere desiderētur. Quare nō est quod eorum, quos natura ab omī laude felix, aut illa præstabilis ingenij uis forte deficit, spes infringatur, aut desperatione debilitata languescat industria: quū nihil à natura negatum, nihil à doctrina nō delatum, nihil perdiscendi propemodum humanæ industriæ uel inimitabile uel difficile uideri possit, nisi quod ipsa negligit ac spernit.

ARTE limatur natura non aliter atque fertilis ager, qui colentis studio longe huberiorē, q̃ sua ipsius fœcunditate profert fructum. Præstat enim certam dicendi rationem ac uiam: & naturæ ipsius bona, quæ per se non omnino sunt speciosissima, uenusto quodam cultu induit atque illustrat. Nec ita multum uel naturæ bonitas, uel studij uehementia prodest perueniēdi aliquò, nisi artē quæ eò quò magnis animis intendimus, ferat, deducatq́ue, cognorimus. Sed hanc alij rationem, Cicero doctrinam uocat, constat enim monitis & præceptis. Ars.

Exercitatio. EXERCITATIO, quã Cicero lib. I. de Oratore diligentiã uocat, uiriũ nostrarũ, adeoq; ipsius ἕξεως, quã natura nobis inseuit & ratio perexit, certissimũ usum praebet: pars studij nostri ut felicissima, ita omniũ maxime necessaria. Neq; enim uel praeceptiões, uel disciplinae liberales, uel ulla deniq; officij ratio sine ea ad aliquam laudem deduci potest. Adeo omnia honeste uiuendi praecepta, nedum ipsa ingenuarum artium magnitudo, usum exercitationemq; desiderant: nec eloquendi modò celeritas exercitatione incitatur, sed intelligẽdi quoq; acuitur prudẽtia. Confirmatur autem multo & assiduo dicendi usu, iuxta prouerbiũ, μελέτη πάντα δύναται, lectione diligenti, & stylo optimo

Stylus. illo & praestantissimo dicẽdi artifice: sub cuius acumẽ omnia uerba, omnes sententiae, omnia quae in oratione sunt illustria, subeant & succedant oportet. Vt quẽadmodum subitam orationem commentatio quaedam excipit, ita hanc ipsam eruditam, fusam, & aequaliter fluentẽ admirabileq; scribendi exercitatio faciat. Postremo quae umbratili exercitatione cõsecuti

fuerimus, in ipsum pugnantiũ strepitum ac forensem aciem palæstritaꝝ more edu camus. Nam ut Ouidius scribit, Solus & artifices q facit, usus erit. Indicabat hoc Afranius cum diceret: Vsus me genuit, peperit mater memoria.

Oratoris officia sunt ut Doceat, Moueat Delectet.

Oratoris officia tria.

DOCERE est defensionis signis atq; argumentis eũ qui causam nobis sit adiudicaturus, adducere. Idq; disceptãtis proprium est munus in orationis acumine positum. frustra enim iudicum animos reliquis artibus pertentamus, nisi rebus controuersis, quas sibi spectandas sumunt, fecerimus fidem.

MOVERE est audientẽ iam antè ad credendum paratum, impetu quodam animi atq; permotiõe impellere, & in quẽcunq; uelimus sensum pertrahere, eoq; orationis uim desiderat.

DELECTARE suauitatis est, ut auditorẽ aurium uoluptate allectum, nostræ causæ habeamus accõmodatiorem, & omni uoluntatis inclinatione in nos propẽden-

tem. Id autem uenusta orationis lenitate consequemur.

IN HIS uniuersa oratoris pfessio uersatur, quoties ciuium præclara in rempublicam merita uerborum honore prosequitur, incessitq; iusta reprehensione mores sceleratos: aut suam rebus controuersis sententiam cum decore ac dignitate interponit, profusam nocentissimorum hominum perniciem legibus ac supplicio cōstringit, eripitq; ciuium integritatem. Quæ omnia plenissimā studij fideiq; gratiam ita demum merētur, si orator bonæ existimationis, excellentisq; uirtutis opinionem de se cunctis præbuerit. Mores enim, ut scribit Aristoteles, præcipuam faciunt fidem.

Mores præcipuā faciūt fidem.

De partibus rhetoricæ.

Partes rhetoricæ.

RHETORICAE partes sunt, inuētio, dispositio, elocutio, memoria, pronūciatio.

INVENTIO uerba ac res ad locupletandam ciuilem orationem suppeditat.

Duplex q̄stio θέσις καὶ ὑπόθεσις.

ORATIO autē ciuilis explicatur, quæstione Infinita & Finita.

INFINITA quæstio, quæ Græcis θέσις,

dialecticis κατηγορικὴ, Latinis ꝑpositũ, positio, cõsultatio, quæstio uniuersalis siue ciuilis appellatur, sine ꝑsonæ, loci, tẽporis, et horũ similiũ designatione, in utrãq; partem tractatur hoc modo: An sit ducenda uxor, Sint ne in bonis habendæ diuitiæ, Liceat ne uim ui repellere[a], An fas sit adulterum occidere[b]. Hæc interim ad aliquid refertur, habetq; latentem personam, & quasi tacitam temporis ac qualitatis significationem, neque tamen causa proprie dici potest: ut, Sit ne Christianæ libertatis assertio, cũ humanis passim legibus obruamur.

FINITA, quæ Græcis ὑπόθεσις, Latinis causa, controuersia siue specialis uocatur quæstio, ex complexu reꝝ, personarum, loci, temporis cæterorumq;, constat hoc modo: An debeat M. Regulus ꝑmissa facere & stare cõuẽtis: Fuerint ne in bonis habẽdæ diuitiæ Fabricio et Curio: &, an Thaleti Milesio ducẽda sit uxor, quũ is ꝑsertim nec iuueni nec seni sibi tẽpestiuũ putaret uxorẽ ducere, cuius impio actus seruilem in modum discruciaretur: significans nimirum, sapiẽti uxorem non esse

a l. ut uim ff. de iustit. et iu. l. 1. para. uim ui. ff. de ui & ui ar. l. Sed et part para. pe. ff. de eo quod me. cau. l. Itaque l. scientiã parag. q cum ff. ad l. aquil. l. 1. C. Quãdo licet unicuiq; l. Is qui aggressorem l. Si qs C. ad l. Cor. de sicar.

b l. Gracchus C. ad l. Iuliã de adul. l. marito l. si adulteriũ para. Imperatores. ff. e. l. qui occidit ff. ad l. Aquil.

ducendam. Iure ne insidiantem Clodium occiderit Milo: &, an Numius noctu adulterio deprehēsum Gracchum iure interfecerit[a]. An patri fas sit, in generi domo deprehensum adulterum unà cum filia interimere[b],

a l. Gracch⁹. C. ad l. Iuliã. de adult.
b l. Nihil l. patri. cũ tribus sequentibus. ff. ad l. Iuliã. de adult.

Quæstionum usus.

AMPLISSIMVS est in omni ciuili ac forensi disceptatione quæstionis utriusque usus. Nam laudationes & consultationes de rebus amplectendis ac fugiendis, de cõmuni omniũ uita ac societate, ἀπὸ τ̃ θέσεως dependēt; & ad causam ipsam, nisi excussa prius consultatione, perueniri non potest. Neq; enim Spurium Meliũ à Seruilio Hala iure interfectum esse probari potest, nisi explicata thesi, Sit ne ius eius occidendi, qui populari frumēti largitione regnũ affectet, cũ leges hominē indicta causa occidi uetēt. In grauioribus etiam disciplinis & disputationibus earũ rerũ uis atq; natura, quarũ in huius uitæ ciuilis cõmunitate cognitio necessaria est, perspici non potest, citra harum quæstionum tractationem. Nam in contexēdis syllogismis à thesi & locis communibus exorditi, & consequentiæ conclusionem

hypothesi inuenire cogimur.

Sunt autem θέσεις θεωρητικαὶ καὶ πρακτικαί.

θεωρητικαὶ sola rei cognitiõe sciẽtiaq; trã ctãtur. quarum sunt formæ, coniectura, finitio, consecutio siue qualitas.

CONIECTVRA exquirimus, sit ne in re rũ uniuersitate res ea de cuius natura quæritur: deinde quæ eius origo, causa, ac immutatio, ut sit ne ius gentiũ, quæ eius origo, qua causa à iure naturali dissentiat. a

DEFINITIO certis & circũscriptis uerbis quid res sit, quã uim habeat, quæ eius forma, quod genus, quid cuiusq; sit proprium ostendit: ut, sit ne iustitia constans & perpetua uoluntas ius suum unicuiq; tribuens. b

CONSECVTIO siue qualitas, qd quãq; rem sequatur, & quale id sit, demonstrat. Hæc interim simplex est de expetẽdis fugiendisq; rebus, æquo item & iniquo: interim uero composita, eaq; inquirimus, idem ne sit an aliquid intersit, hoc modo: An perinde habẽdum sit, utrum occidat quis, an causam mortis præbeat. c

a To. illo tit. ff. & Instit. de iustit. & iure

b l. Iustitia instit. parag. 1. de iustit. & iure.

c l. Nihil int. est. ff. ad leg. Cor. de sicar l. qui occidit para. pe. ff. ad l. Atqui.

APTISSIME ad hæc coguntur prima il la rerum principia ac elementa quatuor. Nam essentia, quam ὀυσίαν Græci uocát, coniectura excutitur: quantitas & qualitas, quæ in ciuilib⁹ disputationibus quædam ueluti actionum sunt instrumenta, statum reddũt iuridicialem: πρόσι, rerum circunstantias ac comparationem habet, eoq; definitionem præcipue iuuat. Atque hinc tria illa, ad quæ cuncta referuntur, emergunt, An sit, Quid sit, Quale sit. Iisdem ex fontibus profluunt ac emanant actionum formæ quatuor, quarum fortissima est, ut quod obijcitur, negemus [d]. Proxima huic, qua factum quidem concedimus, sed negamus id esse quod aduersarius criminatur. Tertia honestissima, qua factum ipso iure tuemur. Quibus omnibus destitutis sola iam superest translatio, quam exceptionem iuriscõsulti uocant, ut nõ uideatur iureactio nobis intẽdi. Ex ijs demum emanant

[d] l. Arrianus ff. de actio. & oblig. l. actor C. de probat. ca. bonę, de electio. ca. sup hoc de renunciat.

	Coniecturalis,	Horũ aliqs in
Status	Definitiuus,	omĩ causa tra-
	Qualitatis.	ctatur.

STATVS siue causæ constitutio, Græci

σάσιμ, Theodorus κεφάλαιομ γενικώτατομ uocat, est quod ex prima causarum conflictione nascitur, & in quo cõtrouersia uertitur. Hoc est quod orator in tota actione sibi obtinendum, iudex uero spectandum intelligit. Iurisconsulti punctum iuris uocant.

COMMODISSIMA sanè cognoscẽdi status ratio fuerit, ut quemadmodum sobrij faciũt medici, qui ægroti ualetudinẽ non solũ ex corporis habitu & naturæ signis, uerumetiam ex ipsa familia solerti animi iudicio cõdiscere solent: ita orator remotis arbitris, quo ipsa confessio sit liberior, ex reo causam penitus cognoscat: eumq; ueluti aduersarius, quæcũq; de causæ suæ defensione sentiat, libero animi iudicio confiteri impellat. Deinde sibi ipse oratoris, aduersarij, & iudicis personã summa cum prudentia ac æquitate induat: cogitetq; animo quæcunq; obijci possint, ut hoc modo instructus, causæ constitutionem suis tueatur locis proprijs ac certis.

Status unde nascantur.

STATUS ubi factum negatur, ex prima intentionis & inficiationis conflictione na

scitur. Neq; enim causa adferri, aut opponi exceptio potest, ubi crimen obiectum inficiatione depellitur: propterea quod is, qui factũ negat, nulla naturali ratione ad probationem, quæ asseueranti incumbit, impellatur [a]: & probare actorẽ, qui crimen intendit oporteat [b], nisi euidens suspicionis p̃sumptio hunc ordinẽ interuertat [c].

a l. Assecuratio. C. de non nu. pecu. cap. qm̃ cõtra. de probati.
b l. Actor. C. de probati. l. ei incũbit. ff. eodem tit.
c l. siue possidetis. C. eod. titulo.

INTENTIO EST, Fuisti Sylla in funesta Catilinæ coniuratione. Inficiatio siue depulsio, Non fui. Iurecõsulti hanc exceptionem intentionis siue facti uocãt, referente Azone: qua quod intenditur, negando impugnamus. Ex conflictione intẽtionis & depulsiõis oritur quæstio & status coniecturalis, an fuerit.

HVIVS ferè gñis Cicero esse putat actiones de pecuniis repetundis, & de ambitu, & de ueneficio, & de sicariis, & de peculatu, & huiusmodi, quæ omnia ex facti controuersia dependent.

VBI AVTEM facti causa tractat̃, status ex his quatuor emergit: intentione, depulsione siue inficiatione, ratione, & firmamento.

Intentio.

OCCIDISTI Opimi Caium Gracchũ.

Depulsio.

OCCIDI, sed iure. Estq; hic quæstio.

RATIO, siue αἰτία, quæ depellendi criminis causa affertur.

TVRBVLENTIS enim ac seditiosis legibus rempublicã euertere conatus est. Iurisconsulti hanc exceptionem uocant, cuius probatio in reum, qui in exceptione actoris partes habet [d], apte transfertur [e].

FIRMAMENTVM siue continẽs, συνεχὸν Grecè, quo ratio labefactatur, iureconsultis replicatio dicitur.

NON EST fas, ne flagitiosissimum quidem hominẽ indicta causa necare [f]. Hæc suis utrinq; tractantur rationibus. Ex cõcursu deinde τῆς αἰτίας καὶ τοῦ συνεχοῦς oritur ζήτημα & status qualitatis, iuréne Opimius ciuitatis euersorem Gracchum indemnatum occiderit.

SED RATIONVM atq; firmamentorum, quæ Vlpiano replicationes dicuntur, [g] lata est contẽtio, & subinde alia atq; alia firmamẽta cum ab actore, tum etiam à defensore adferũtur. Nã sicut exceptio siue αἰτία, id est ratio, actoris intẽtionem,

d l.1. ff. de except. & l.1. C. de probat.

e l. in exceptionibus ff. de probati. l. cũ de indebito. paragra. Sin aũt eo tit. l.1. ff. de excepti.

f l.1. ff. ad l. Cor. de sicar. Bal. in l. fidei cõmissa para. Si quis de l.3.

g l.2. paragr. replicationes ff. de excepti.

ita replicatio siue firmamentum, rei de-
h l. 2. cod. fensionem excludit [h]. & contra replica-
tionem datur duplicatio, contra duplica-
tionem triplicatio, cõtra triplicationem
rursus quadruplicatio, & deinceps mul
i l. 1. §. illud. ff. de excep. tiplicantur (ut ait Vlpianus [i]) nomina,
dum aut reus, aut actor obijcit.

HANC autẽ ciuilium actionum partem ut omĩ in iudicio in primis necessariam, ita usu & cognitione dignissima, quoniã à rhetoribus sic leuiter attingitẽ, quasi non maximarum in ea momenta rerum uersentur, uisum est instituendæ iuuentutis gratia paulo amplius de iuriscõsultorum sententia explicare. Nam ut recta illa institutione ad hominum mores informandos, ad ciuilium rerum procurationem suscipiendam, præstãtius nihil esse potest, ita infeliciter & nullo ferè cũ studiorum fructu, rhetorum præceptiones, nisi ad certum fori usum cogãtur, in scholis iuuentuti traduntur.

EST AVTEM exceptio, quædã ueluti actiõis exclusio, ex quadã defensiõis æquitate proposita, ad infringendum impugnandumq́ id, quod in intentionem con

demnatiōemq; est deductum[l]: ut si actor intendat, Clodium iniuria à Milone occisum esse, reus cædem à se factam esse fateatur, sed tamen per exceptiōem se defendens, uim ui repulsam esse dicat [m]. Sed exceptionum non simplex est distinctio. Aliæ enī declinatoriæ appellantur, quæ ei, qui uel fori præscriptionem habet, uel supra iurisdictionem suam ius dicit, aut procurator legitimus esse non potest, ante litis contestationem opponuntur[n]; nisi tamen sentētia litigatorum errore à non suo iudice dicta sit [o]; aut eius arbitri, qui nobis inimicissimus est, sententiam retractemus [p]. Quo modo nihil uetat eiusmodi opponere exceptiones, etiam post factam litis contestationem. Animaduertisse has uidetur Quintilianus lib. 5. cap. 6. Discāt igitur ante oīa, inqt, quadripartitā in omnibus causis esse rationem, quā primū intueri debeat, q actur⁹ est: Nā ut à defensore potissimū incipiā, lōge fortissima tuēdi se ratio est, si quod obijcit, negari potest: pxima, si nō id quod obijcit, factū esse dicitur. tertia honestissima, q̄ recte factū defenditur. Quib⁹ si deficiam⁹,

l l. institi. para. uerb. l. 2. ff. de exceptio. l. qui æquitate ff. de do. ma. excep.

m l. ut uim ff. de iust. & iur. l. sed & part. para 1. ff. de eo qd met. caus. l. 1. para. uim ui, ff. de ui & ui arma.

n l. præscriptiones C. de excep. l nemo C. de iurisdi. omniū iudic.

o l. ulti. C. si à non cōpetente iudi.

p l. nō distinguem⁹. para. cum quidam ff. de recep. arbitr. cap. insinuante. de officio delega. l. 2. C de cōsor. eiusd. lit.

ultima quidem, sed iam sola superest salus, aliquo iuris adiutorio elabendi ex crimine, quod nec negari, nec defendi potest: ut nō uideatur iure actio intēdi. &c. Aliæ sunt temporales & dilatoriæ, quæ & ipsæ ante litis cōtestationē interponuntur, quibus actor ad certū & constitutum tempus ius suum differre, nec priusq̄ dies ex conuentione uenerit, quod sibi debetur, iudicio experiri cogitur. Vt si conuenerit, quam mihi pecuniā credidisti, eam ne peteres ante bienniū, agenti tibi obijciam pacti cōuenti exceptionem[q]. Porrò exceptiones perpetuæ atq; peremptoriæ sunt, quæ rē de qua controuersia est, perimunt: semperq; agentibus obstant. Tales sunt apud Ciceronē in orationibus pro L. Muræna, pro Cn. Planco, pro Annio Milone, ut dixi. Interfeci, inq̄t, Clodiū: sed iure, quoniam uim ui repuli: eumq; occidi, qui uitæ meæ insidiabat. Huius quoq; generis sunt, exceptio rei iudicatæ, quæ obstat, quoties eadem quæstio inter easdem personas in iudiciū reducitur[r]. exceptio doli mali & met[9], ne cui suus dolus per occasionē iuris ciuilis cōtra naturalē

q l. exceptiones ff. de excepti. parag. tēporales insti. e tit. l. exceptionē C. de probati.

r l. Iulianus ff. de excepti. rei iudic.

æquitatem prosit. Proinde si crediturus pecuniam, stipulat⁹ sim eam mihi reddi, nec tamen numerauerim: & si causa stipulationis, quæ secuta non sit, certa mihi fuerit, nocebit tamen exceptio non numeratæ pecuniæ[s]. Exceptio item pacti cōuenti, ne omnino pecunia petatur, & si quid contra leges senatusq́ consultū factū esse dicetur[t]. Sūt & aliæ odiosæ exceptiōes, ut Macedoniani: aliæ fauorabiles, ut Velleiani. De plerisq́ etiam nō satis cōuenit, perpetuæ'ne an temporales sint. Quam disceptationem prudens omitto, ne iurisconsultorum cōmmētarios in eo præsertim opere, quod rudi iuuentuti proponitur, excutere potius, q̄ facilem aliquē rhetorices usum ostēdere, uidear uoluisse. Opponuntur autem peremptoriæ hæ exceptiōes uel plures simul, uel una aliqua eodem uel diuerso tempore ante rem iudicatā, & quandiu ipsi litigatores omnibus facti atq́ iuris exceptionibus non renunciauerint[u]. Post sententiam uerò dictā exceptio ferè nunq̄ interponitur, nisi in integrum restitutio interueniat, aut prouocatio interposita, impetrataq́ imperato

s l. palā para circa ff. de d lo ma. & me excepti.

t l. d. except ones l. 2. C. a Velleianum.

u Inno. in C pastoralis. d exceptioni.

ris benignitas supplicatione fuerit, aut p̄uaricatio iudicumq́ corruptio, & id genus alia facta probentur [x]. Sanè exceptio obscurè interposita causæ defensionem facit deteriorem [y]. Liquet igitur ex his, quã uim habeant causarum firmamenta, quæ Vlpianus replicationes uocat [z], easq́ nihil aliud q̃ exceptiones esse scribit.

.Accurs. in lo. in l i. in uerbo quenuam C. sententiam rescindi nõ posse. ibi Azo. l. ametsi. ff. ad Macedo. in Cle. cum d repulsio. é de appella l. l. 1. §. Lareo ff. de flu. l. §. 2. replicationes ff. de except.

IAM QVANDO huius generis om̃ia aut iure defenduntur, aut quod oportuerit, uel fuerit necesse, uel factum sit imprudẽtia, uel casu, rhetores duplicem fecerunt qualitatem, absolutam & assumptiuam.

ABSOLVTA qualitate (Hermagorei ἀντίληψιν uocant) quod obijcitur, honestum ac iustum esse defendimus.

Iustum continetur { Natura & Cõstitutione.

NATVRAE, quæ rei dignitatem habet, partes sunt: religio, pietas, fides, continẽtia, &c. Est enim quodam antiquum naturæ ius, quod iurecõsulti ius gentiũ primariũ [a], Græci ennœas & προλήψεις, Cicero inchoatã intelligẽtiã, Seneca & Quintilianus sensum communem, alij informa

l. 1. §. 2. Ibi docto ff. de iusti. & iure. In sti. to. titu. de iure nat. gẽ. & ciuil.

tionem uocant, cuius beneficio adducti hoîes, humanæ necessitudini recte cõsultum cupimus[b].

CONSTITVTIO est in lege, more, æquo ac bono, quod Aristoteli τὸ ἐπιεικές appellatur, iudicato item & pacto[c]. Atque in his uniuersa iurisprudẽtia uersatur: cuius cognitio in ciuilibus ac forensibus causis agendis in primis est necessaria.

ASSVMPTIVA qualitas est, qua factum infirmũ & parum ꝓbabile assumptis externis probationibus tuemur. In ea uersatur Cicero, ubi Clodiũ ex usu toti⁹ reip. & interfectoris gloria oppressum fuisse multis argumẽtis probat. Græci προσωπικὴν, iuriscõsulti ꝑsonales cõstitutiones nominãt[d], quũ princeps sine exemplo ac præiudicio, admissi criminis impunitatẽ alicui propter præclarum illius in rempublicam beneficiũ, aut causam aliquam concedit.

b l. 1. §. Ius natural. ff. de iustit. & iure.

c l. Ius autem, ff. de iustit. & iur. Inst. §. Scriptum ius e. l. de quĩbus. l. Nã imperator, ff. de leg.

d l. Quod principi. §. Planè. ff. de constit. Bar. in l. 3. §. si quis ultro. ff. de quæstio. Panor. in c. Cum te, extra de re iud.

Loci huius sunt	Concessio,
	Translatio,
	Criminis remotio,

CONCESSIO peccati habet confessionem, quæ & ipsa ad misericordiam rectum iudicis animum flectit. Videntur enim uenia saluteq; dignissimi, qui confitendo erroris sui culpam deprecãtur e.

Diuiditur autẽ in { Excusationem & Deprecationẽ.

EXCVSATIONE fatemur nos peccasse, sed per ignorantiam aut fortunam: ut quæ infesto poti⁹ casu quàm fraude sunt commissa, fato, non noxæ, imputentur. Quando eum, qui cædem à se factam non uolũtate, sed casu fortuito, quũ calcis ictu hominem interimeret, confitetur, principũ cõstitutiones piculo eximi uolũt f. & Vlpianus referre in omibus delictis scribit, cõsulto aliquid admittatur an casu g. Est em̃ in pœnalibus iudicijs, ut ait Paulus, ætati & imprudẽtiæ succurrendũ h.

DEPRECATIO apud senatum, principem pium, & ubicunque iuris clementia est, ualet; nam quemadmodum scelus est innocentem damnare, ut Agesilaus Lacedæmoniorum rex ad Hidriensem quendã Carem scripsit; ita humanitas, admissi

e in Aut. Nouo iure. C. de pœ. iud. qui male iud. l. unica. C. de his qui se def. lib. 10. l. edicto. ff. de iure fisc.

f l. i. l. Eũ qui C. de sica. l. i. pará. diuus. ff. c.

g l. absentem para. refert l. Respiciẽdum para. delinquũt. ff. de pœnis.

h l. fere. in l. factum. para. in pœnalib⁹ ff. de re iu.

ſceleris culpā uel in gratiā honeſti depre- catoris, uel in ſpem melioris uitæ interdū condonare, nec unquam ſummū illud ius ab æquo & bono ſeiūgere. Rarius tamen in iudicio tractatur. Animaduertit hoc quoque Bartholus in lege III. §. ſi quis ultro. ff. de quæſt. Baldus in lege ſeruos. C. ad l. Iuliā de ui pub. Panor. in ca. Cum te. extrà de re iud. Extat in eam ſententiā l. I. §. Plane. ff. de conſtit. princ. ca. niſi ſpecialis. de offi. legati.

Ea præcipue cōmendatur

Innocentia & anteactæ uitæ dignitate, quæ ipſa nō leuē commendationē habet, magnamq; in grauibus cauſis æſtimandi copiam præbet i.

Spe bona futuræ uitæ.

Meritis & amicorum gr̄a.

i l. 3. para. ſed ſi ex improuiſo. l. Non oēs. ff. de re mil. & d. l. nō oēs. para. à barbaris l. de minore. para. tormenta. ff. de quæſt.

QVIBVS ſuccedunt exiſtimatio magiſtratus, nobilitas, atq; id genus alia, quæ omnibus in cauſis obſeruari debere, in publicarum diſceptationum libris ſcriptū reliquit Vlpianus[l]. Nec aliud uel potētius ad alleuandā quæſtionum calamitatē, uel fauorabilius cum ad emerēdam gratiam,[l]

l leg. Diuo Marco. para. in decurionib*. l. milites. ibi. l. ſi ſeruū. ff. ſi ex. nox. cauſ. agi.

tum uero ad iudicis religionē flectēdam ipsa illa præclari in rempublicam collati officij recenti memoria [m].

m l. nihil C. de q̄stio. l. d. nō oēs.

TRANSLATIONE utimur, cū nos indignitate rei cōpulsos, crimen cōmisisse fatemur. Cum enim plerunq; homines delinquāt aut proposito, aut impetu, aut casu, ut ait Vlpianus [n], fit naturæ quadam consensione, ut in eum, qui iniuria, conuicijs, ac iusto animi dolore prouocatus ulcisci se uoluerit, simus æquores [o], eoq; imperatores Marc⁹ & Antonin⁹ & Cōmodus filius, referēte Modestino, rescripserūt [p], si marit⁹ uxorē in adulterio dephensam, impetu tact⁹ doloris interfecerit, nō utiq; legis Corneliæ de sicarijs pœnā illum accipere: q; difficilimum sit, iustum animi dolorem temperare posse.

n l. respiciēdū §. delinquūt ff. de pœnis ibidē Bart.

o l. q cum maior §. si libertus §. si patris ff. de bo. libert. l. qcqd calore, ibi doctor ff. de regul iur. l. 1. §. diu⁹ ff. ad l. Cor. de sica.

p l. si adulterium §. imperatores ff. ad l. Iul. de adul.

REMOTIO criminis est, cū in eū culpā trāsferimus, cuius impulsu peccauimus. quē locū diligenter tractat Ph. Decius [q].

q in leg. uelle non creditur ff. de regu. iuris pertinētq; ad eā q̄stio. l. 1. eodem de sepul. uiola. l. seruos C. ad l. Iul. de ui publici.

HOC IN uniuersum sit præceptū, in simplicibus causis, etiā si uarie defendantur, singulos esse status, In coniunctis aūt & diuersis quæstionibus, ubi aliud negamus, aliud iure factū defendim⁹, aut ubi

ubi rem aliquam multi ac diuersi petunt, eodem iure uel diuerso posse plures esse status.

HIS TRIBVS rationalibus constitutionibus subijciuntur quatuor legales. Cicero in Topicis legitimas disceptationes uocat, nempe ῥητοῦ καὶ διανοίας, ἀντινομίας, ἀμφιβολίας, καὶ συλλογισμοῦ. de quibus in præceptionibus οἰκονομίας dicemus. Grauis enim maximarum rerum controuersia, & iuris ciuilis pars maxima, ex illis depēdent. Nunc de his quæstionibus, quæ actionis sunt.

θέσεις πρακτικαὶ in actionis atque officij disceptatione uersantur: cōtinenturque cohortationibus, obiurgationibus, consolationibus, & huiusmodi alijs. Nam quid rectum faciundum ve sit, explicant hoc modo: Sitne ad reipublicæ administrationē accedendum, Sitne dissidium ciuile à republica propellendum [r].

De finita quæstione.

ὑποθέσεις finitæ quæstiones forensi disceptatione tractantur, constantque laudatione, deliberatione, & lite, Ex his nascuntur

r Bart. in l. si quis ingenuā §. in ciuilib. ff. de cap. & postlim. reuers.

Causarum genera tria: Demonstratiuum, Deliberatiuum, Iudiciale.

De genere demonstratiuo.

Genus demonstratiuum.

GENVS demonstratiuum, græcè ἐπιδεικτικὸν ἢ ἐγκωμιαστικὸν, officijs cõstat laudandi & uituperãdi. Eius olim usus apud Indos ex Solonis edicto in funebrib⁹ orationibus amplissimus fuit. Apud græcos primus Pericles funebri oratione, qui in bello Pelopõnesiaco pro patria pugnantes occubuissẽt, magnifice laudauit; apud Rom. Valerius Publicola Bruti, Romanæ libertatis uindicis, laudes ĩ funere est ꝓsecut⁹; institutũq; bello punico 2, ut matronarum, sicut uirorum antea quorũ insignia pietatis officijq; exempla in remp. extarent, solennis haberetur laudatio. Et mos postea Romanus etiã actionibus publicis hoc genus accommodauit. Extãtq; huius generis nobiles Demosthenis atq; Thucydidis, Ciceronis item ad Quirites de Rom. populi beneficio, in L. Pisonem, M. Antonium, & cæteros orationes.

Genus demõstratiuũ à quibus sit profectum.

Laus Rom. matronarũ.

Vsus generis demõstratiui

PORRO amplissimus huius generis est flexus, & ex quo omnium penè ciuilium

quæſtionum iudicandiq́ꝫ ratio naſcitur. Nam præter quam quòd uaria ac multiplici materia iuuẽtutis ſtudia exercet, & ipſa honeſti prauiq́ꝫ cõtemplatione molles hominum animos ad omnem uirtutis admirationem concitat atq́ꝫ impellit, etiam reliqua duo genera ueſtit. Siquidẽ in conſilijs quid ſequendum, quid fugiendum explicari niſi huius generis auxilio non poteſt, & in iudicijs æqui aut iniqui partes, teſtium fides aut confutatio, perſonarũ deſcriptio & huiuſmodi pleraq́ꝫ alia, cũ laudatione aut uituperatiõe ſunt coniuncta. Paſſim apud Ciceronẽ uidere licet, quantum ille induſtriæ poſuerit in deformandis, aduerſus quas dicit, perſonis. Id enim magis indicãt illæ uehementiſſimæ inſectatiões in Saſſiæ profuſam, petulantem ac indomitam libidinem, in Oppianici impia homicidia, in C. Staleni perfidiam, in proteruitatem Clodiæ, in Catilinæ inaudita ſcelera, in Gallorũ leuitatem, in Græcorum Aſiaticorumq́ꝫ audaciam ac egeſtatem, in cupiditatẽ Deciani & Lælij, in confictam Erutij criminationem, in lutulenta uitia Piſonis.

Cõpoſitio in genere demõſtratiuo qualis eſſe debeat

Cõparatio & amplificatio ꝓpriæ demõstratiui generis partes.

ATQVE EA mihi causa uidetur, ut hoc in genere, quod ad ostentationem nõnunquam componi solet, illustri dicendi figura, summo sermonis acumine cum admiratione, gratia, delectatione, comparationibus, crebris amplificationib⁹, quæ huius generis propriæ sunt, ac omni denique eloquentiæ lumine utamur.

Quid spectãdũ in genere demonstratiuo.

RECTE AVTEM Aristoteles monet, animo & cogitatione percurrẽdum, qualem quisque locus laudationem aut uituperationem recipiat, qui uulgo recepti mores, quæ patriæ instituta, & quales audiẽtium sint animi. Nam quod alicubi honorem & dignitatis gratiã meretur, id contra alijs in locis inuidiã criminationemq́ꝫ cõflare potest. Apud Aegyptios uiri pensa tractant, ab omni ciuili usu remoti: eorum coniuges forenses actiones publicè tuentur. Idem apud nos etiã legibus damnatur. Senectutis summa semꝑ ueneratio Romanis fuit. At Caspij sexagenarios in altissimas solitudines cõpactos, fame sitiq́ꝫ enecant. Apud Atheniẽses summo ac illustri honore excipiebãtur musici, eosdem Lacedæmonij, ꝙ animos effœminar-

Aegyptiorũ institutum.

Senectutis ueneratio & cõtemptio.

rent magis, q̃ ad uirtutis studiũ excitarẽt, ciuitate propè eijciebant. Illud etiã præce ptione nõ arbitror egere, ne ullius rei uel personę frigida, ieiuna & exilis sit uel laudatio uel uituperatio. Nã qui frigidè laudat, aut nihil quod admiret inuenire posse, aut non dissimulanter lædere, aut laudis deniq; ac gloriæ alienæ inuidus uidetur. Et qui aperte uituperat, cõmuni uirtutis uoluntate adductus, uel ideo popularẽ fauorẽ meretur, q̃ à republica perniciosum ciuem remouet, & quasi innocentiæ legem sibi indicit. Si uero priuato incensus odio liberius uituperet, hoc ipso fidem amittit, quòd sit inimicus.

Laudatio frigida est inciuilis.

EST AVTEM genus demonstratiuum aliud docendi gratia institutũ, quod διδασκαλικὸν καὶ ἐπιστημονικὸν Græci uocant, quo hodie in familiarium congressionibus, amicorũ consultationibus, aut scholis publicis de rerũ origine, natura ac causa, de artiũ studijs, literarũ inuẽtione, reip. statu, Socraticorũ more disputãtes utimur. Cicero li. Offi. primo oratiõis genus uocat, quod in sermone uersat. Alterũ est nostri instituti, q̃ laudamus aut uitupamus.

Duplex genus demonstratiuum.

Personarum, facim': Factorum, Rerum.

personarum partes.

Exordium.

EXORDIVM commodissime d... quem sum' laudatu... & excellenti laudis ... quæ ad ciuilis uitæ societat... ad uirtutum exemplum per... Hic præcipue audiētium an... pulchritudine, admiratione, ... atq; expectatione fouebi... dabit apparatus noster, quem ... de imitatione cum elocutio... & rerum, tum uerò iurisprudentiæ.

Narratio.

NARRATIO qua personæ laudātur historica quædam est expositio, et perp... amplificatio, quæ tamen suā intern... habet probationem, & tacitæ reprehen... defensionē, ut si Romuli origine... educationem cælestem à Lupæ Fa... uxoris commercio argumentis assera...

VARIA hominum laus est, nec una ...

Cōparatio & amplificatio ppriæ demō stratiui generis partes,

Quid spect... dū in gene... demonstrat... no,

Aegyptior... institutum

Senectutis ... neratio & templo

ciq; tractari ratione potest. Proinde ea q
uolet, cum ipsa materia deliberabit.

Loci amplificationis petuntur à { Fortunæ corporisq; dotibus, Bonis animi.

FORTVNAE bona ut solidā in se laudem n habent, ita laudari ob id possunt, q in rum moderatione ipsa uirtus magis efflo scat. Animaduertit hoc Comicus poeta, q i hominis bona faceret, parentes, patriam columem, amicos, genus, cognatos, diuiti, subiecit ea perinde esse, ut est animus il us, qui ea possideret. Qui uti scit, inquit, ei ona; illi qui non utitur rectè, mala.

Sunt autem fortunæ dotes, { Genus, Forma, Opes, Honores, Potestas, Robur, Velocitas.

GENERIS & familiæ decora, plurimum habēt ornamenti, uel ad uitæ institutionem, uel uirtutis occasionē. Pulchrū enim paren tū imaginibus respondisse, superasse hono

ultima quidem, sed iam sola superest sa-lus, aliquo iuris adiutorio elabendi ex crimine, quod nec negari, nec defendi potest: ut nō uideatur iure actio intēdi. &c. Aliæ sunt temporales & dilatoriæ, quæ & ipsæ ante litis cōtestationē interponuntur, quibus actor ad certū & constitutum tempus ius suum differre, nec priusq̄ dies ex conuentione uenerit, quod sibi debetur, iudicio experiri cogitur. Vt si conuenerit, quam mihi pecuniā credidisti, eam ne peteres ante bienniū, agenti tibi obijciam pacti cōuenti exceptionem[q]. Porrò exceptiones perpetuæ atq; peremptoriæ sunt, quæ rē de qua controuersia est, perimunt: semperq; agentibus obstant. Tales sunt apud Ciceronē in orationibus pro L. Muræna, pro Cn. Planco, pro Annio Milone, ut dixi. Interfeci, inqt, Clodiū: sed iure, quoniam uim ui repuli: eumq; occidi, qui uitæ meæ insidiabat. Huius quoq; generis sunt, exceptio rei iudicatæ, quæ obstat, quoties eadem quæstio inter easdem personas in iudiciū reducitur[r]. exceptio doli mali & met[9], ne cui suus dolus per occasionē iuris ciuilis cōtra naturalē

[q] l. exceptiones ff. de excepti. parag. temporales insti. e tit. l. exceptionē C. de probati.

[r] l. Iulianus ff. de excepti. rei iudic.

æquitatem profit. Proinde si crediturus pecuniam, stipulat⁹ sim eam mihi reddi, nec tamen numerauerim: & si causa stipulationis, quæ secuta non sit, certa mihi fuerit, nocebit tamen exceptio non numeratæ pecuniæ [s], Exceptio item pacti cõuenti, ne omnino pecunia petatur, & si quid contra leges senatusq́ consultũ factũ esse dicetur [t]. Sũt & aliæ odiosæ exceptiões, ut Macedoniani: aliæ fauorabiles, ut Velleiani. De plerisq́ etiam nõ satis cõuenit, perpetuæ'ne an temporales sint. Quam disceptationem prudens omitto, ne iurisconsultoꝝ commẽtarios in eo præsertim opere, quod rudi iuuentuti proponitur, excutere potius, q̃ facilem aliquẽ rhetorices usum ostẽdere, uidear uoluisse. Opponuntur autem peremptoriæ hæ exceptiões uel plures simul, uel una aliqua eodem uel diuerso tempore ante rem iudicatã, & quandiu ipsi litigatores omnibus facti atq́ iuris exceptionibus non renunciauerint [u]. Post sententiam uerò dictã exceptio ferè nunq̃ interponitur, nisi in integrum restitutio interueniat, aut prouocatio interposita, impetrataq́ imperato-

s l. palã para. circa ff. de dolo ma. & me. excepti.

t l. d. exceptiones l. 2. C. ad Velleianum.

u Inno. in C. pastoralis. de exceptioni.

ris benignitas supplicatione fuerit, aut p̃uaricatio iudicumq́ʒ corruptio, & id genus alia facta probentur [x]. Sanè exceptio obscurè interposita causæ defensionem facit deteriorem [y]. Liquet igitur ex his, quã uim habeant causarum firmamenta, quæ Vlpianus replicationes uocat [z], easq́ʒ nihil aliud q̃ exceptiones esse scribit.

x. Accurs. in glo. in l i. in uerbo quenquam C. sententiam rescindi nõ posse. ibi Azo. l. ametsi. ff. ad Macedo.

y in Cle. cum ad repulsionẽ de appella

z l. 1. §. Labeo ff. de flu. z l. §. 2. replicationes ff. de except.

IAM QVANDO huius generis om̃ia aut iure defenduntur, aut quod oportuerit, uel fuerit necesse, uel factum sit imprudẽtia, uel casu, rhetores duplicem fecerunt qualitatem, absolutam & assumptiuam.

ABSOLVTA qualitate (Hermagorei ἀντίληψιν uocant) quod obijcitur, honestum ac iustum esse defendimus.

Iustum continetur Natura & Cõstitutione.

NATVRAE, quæ rei dignitatem habet, partes sunt: religio, pietas, fides, continẽtia, &c. Est enim quodam antiquum naturæ ius, quod iurecõsulti ius gentiũ primariũ [a], Græci ennœas & προλήψεις, Cicero inchoatã intelligẽtiã, Seneca & Quintilianus sensum communem, alij informa

a l. 1. §. 2. Ibi docto ff. de iusti. & iure. In sti. eo. titu. de iure nat. gẽ. & ciuil.

tionem uocant, cuius beneficio adducti hoĩes, humanæ necessitudini recte cõsultum cupimus[b].

CONSTITVTIO est in lege, more, æquo ac bono, quod Aristoteli τὸ ἐπιεικὲς appellatur, iudicato item & pacto[c]. Atque in his uniuersa iurisprudẽtia uersatur: cuius cognitio in ciuilibus ac forensibus causis agendis in primis est necessaria.

ASSVMPTIVA qualitas est, qua factum infirmũ & parum ꝓbabile assumptis externis probationibus tuemur. In ea uersatur Cicero, ubi Clodiũ ex usu totiꝰ reip. & interfectoris gloria oppressum fuisse multis argumẽtis probat. Græci προσωπικὴν, iuriscõsulti ꝑsonales cõstitutiones nominãt[d], quũ princeps sine exemplo ac præiudicio, admissi criminis impunitatẽ alicui propter præclarum illius in rempublicam beneficiũ, aut causam aliquam concedit.

b l. i. §. Ius natural. ff. de iustit. & iure.

c l. Ius autem ff. de iustit. & iur. Inst. §. Scriptum ius e. l. de quibus. l. Nã imperator. ff. de leg.

d l. Quod principi. §. Planè. ff. de constit. Bar. in l. 3. §. si quis ul tro. ff. de quæstio. Panor. in c. Cum te extra de re iud.

Loci huius sunt	Concessio,
	Translatio,
	Criminis remotio,

CONCESSIO peccati habet confessionem, quæ & ipsa ad misericordiam rectum iudicis animum flectit. Videntur enim uenia saluteq; dignissimi, qui confitendo erroris sui culpam deprecatur.

in Aut.No- no iure. C. de poe. iud. qui nale iud. l. unica. C. de his qui se def. lib. 10. l. edicto, ff. de iure fis.

Diuiditur autẽ in { Excusationem & Deprecationẽ.

EXCVSATIONE fatemur nos peccasse, sed per ignorantiam aut fortunam: ut quæ infesto poti⁹ casu quàm fraude sunt commissa, fato, non noxæ, imputentur. Quando eum, qui cædem à se factam non uolũtate, sed casu fortuito, quũ calcis ictu hominem interimeret, confitetur, principũ cõstitutiones piculo eximi uolũt [f]. & Vlpianus referre in omibus delictis scribit, cõsultò aliquid admittatur an casu [g]. Est em̃ in pœnalibus iudicijs, ut ait Paulus, ætati & imprudẽtiæ succurrendũ [h].

f l. i. l. Eã qui C. de sica. l. i. para. diuus. ff. e.

g l. absentem para. refert l. Respiciẽdum para. delinquũt. ff. de pœnis.

h l. fere. in l. factum. para. in pœnalib⁹ ff. de re iu.

DEPRECATIO apud senatum, principem pium, & ubicunque iuris clementia est, ualet: nam quemadmodum scelus est innocentem damnare, ut Agesilaus Lacedæmoniorum rex ad Hidriensem quendã Carem scripsit: ita humanitas, admissi

ſceleris culpã uel in gratiã honeſti depre-
catoris, uel in ſpem melioris uitæ inter-
dũ condonare, nec unquam ſummũ illud
ius ab æquo & bono ſeiũgere. Rarius ta
men in iudicio tractatur. Animaduertit
hoc quoque Bartholus in lege III. §. ſi quis
ultro. ff. de quæſt. Baldus in lege ſeruos.
C. ad l. Iuliã de ui pub. Panor. in ca. Cum
te. extrà de re iud. Extat in eam ſententiã
l. I. §. Plane. ff. de conſtit. princ. ca. niſi ſpe
cialis. de offi. legati.

Ea præcipue cõmendatur

Innocentia & anteactæ ui
tæ dignitate, quæ ipſa nõ
leuẽ commendationẽ ha
bet, magnamq́ in graui-
bus cauſis æſtimandi copi
am præbet [i].
Spe bona futuræ uitæ.
Meritis & amicorum grã.

[i] l. 3. para. ſed ſi ex improuiſo. l. Non oẽs. ff. de re mil. & d. l. nõ oẽs. para. à barbaris l. de minore. para. tormenta. ff. de quæſt.

QVIBVS ſuccedunt exiſtimatio magi-
ſtratus, nobilitas, atq; id genus alia, quæ
omnibus in cauſis obſeruari debere, in pu
blicarum diſceptationum libris ſcriptũ re-
liquit Vlpianus [l]. Nec aliud uel potẽtius
ad alleuandã quæſtionum calamitatẽ, uel
fauorabilius cum ad emerẽdam gratiam, [l]

[l] leg. Diuo Marco. para. in decurionib9. l. milites. ibi. l. ſi ſeruũ. ff. ſi ex. nox. cauſ. agi.

tum uero ad iudicis religionẽ flectẽdam ipsa illa præclari in rempublicam collati officij recenti memoria [m].

m l. nihil C. de q̃stio. l. d. nõ oẽs.

TRANSLATIONE utimur, cũ nos indignitate rei cõpulsos, crimen cõmisisse fatemur. Cum enim plerunq; homines delinquãt aut proposito, aut impetu, aut casu, ut ait Vlpianus [n], fit naturæ quadam consensione, ut in eum, qui iniuria, conuicijs, ac iusto animi dolore prouocatus ulcisci se uoluerit, simus æqiores [o]. eoq; imperatores Marc⁹ & Antonin⁹ & Cõmodus filius, referẽte Modestino, rescripserũt [p], si marit⁹ uxorẽ in adulterio dep̃hensam, impetu tact⁹ doloris interfecerit, nõ utiq; legis Corneliæ de sicarijs pœnã illum accipere: q̃ difficilimum sit, iustum animi dolorem temperare posse.

n l. respiciẽdũ §. delinquũt ff. de pœnis ibidẽ Bart.

o l. q cum maior §. si libertus §. si patris ff. de bo. libert. l. q cq d calore, ibi do ctor ff. de regul iur. l. 1. §. diu⁹ ff. ad l. Cor. de sica.

p l. si adulterium §. impe-ratores ff. ad l. Iul. de adul.

REMOTIO criminis est, cũ in eũ culpã trãsferimus, cuius impulsu peccauimus. quẽ locũ diligenter tractat Ph. Decius [q].

q in leg. uelle non creditur ff. de regu. iuris pertinẽt q; ad eã q̃stio. l. 1. eodem de sepul. uiola. l. seruos C. ad l. Iul. de ui publ.

HOC IN uniuersum sit præceptũ, in simplicibus causis, etiã si uarie defendantur, singulos esse status, In coniunctis aũt & diuersis quæstionibus, ubi aliud negamus, aliud iure factũ defendim⁹, aut ubi

ubi rem aliquam multi ac diuersi petunt, eodem iure uel diuerso posse plures esse status.

HIS TRIBVS rationalibus constitutionibus subijciuntur quatuor legales. Cicero in Topicis legitimas disceptationes uocat, nempe ῥητοῦ καὶ διανοίας, ἀντινομίας, ἀμφιβολίας, καὶ συλλογισμοῦ. de quibus in praeceptionibus οἰκονομίας dicemus. Grauis enim maximarum rerum controuersia, & iuris ciuilis pars maxima, ex illis depēdent. Nunc de his quaestionibus, quae actionis sunt.

θέσεις πρακτικαὶ in actionis atque officij disceptatione uersantur: cōtinenturque cohortationibus, obiurgationibus, consolationibus, & huiusmodi alijs. Nam quid rectum faciundum ve sit, explicant hoc modo: Sit ne ad reipublicae administrationē accedendum, Sit ne dissidium ciuile à republica propellendum [r].

De *finita quaestione*.

ὑποθέσεις finitae quaestiones forensi disceptatione tractantur, constantque laudatione, deliberatione, & lite, Ex his nascuntur

r Bart. in l. si quis ingenuā §. in ciuilib[us]. ff. de cap. & postlim. reuers.

Causarum genera tria	Demonstratiuum, Deliberatiuum, Iudiciale.

De genere demonstratiuo.

Genus demonstratiuum.

GENVS demonstratiuum, græcè ἐπιδεικτικὸν & ἐγκωμιαστικὸν, officijs cõstat laudandi & uituperãdi. Eius olim usus apud Indos ex Solonis edicto in funebrib⁹ orationibus amplissimus fuit. Apud græcos primus Pericles funebri oratione, qui in bello Pelopõnesiaco pro patria pugnantes occubuissẽt, magnifice laudauit; apud Rom. Valerius Publicola Bruti, Romanæ libertatis uindicis, laudes ĩ funere est ꝑsecut⁹; institutũq; bello punico 2, ut matronarum, sicut uirorum antea quorũ insignia pietatis officijq; exempla in remp. extarent, solennis haberetur laudatio. Et mos postea Romanus etiã actionibus publicis hoc genus accommodauit. Extãtq; huius generis nobiles Demosthenis atq; Thucydidis, Ciceronis item ad Quirites de Rom. populi beneficio, in L. Pisonem, M. Antonium, & cæteros orationes.

Genus demõstratiuũ à quibus sit profectum.

Laus Rom. matronarũ.

Vsus generis demõstratiui

PORRO amplissimus huius generis est flexus, & ex quo omnium penè ciuilium

quæstionum iudicandiq́ ratio nascitur. Nam præter quam quod uaria ac multiplici materia iuuētutis studia exercet, & ipsa honesti prauiq́ cōtemplatione molles hominum animos ad omnem uirtutis admirationem concitat atq; impellit, etiam reliqua duo genera uestit. Siquidē in consilijs quid sequendum, quid fugiendum explicari nisi huius generis auxilio non potest, & in iudicijs æqui aut iniqui partes, testium fides aut confutatio, personarū descriptio & huiusmodi pleraq; alia, cū laudatione aut uituperatiōe sunt coniuncta. Passim apud Ciceronē uidere licet, quantum ille industriæ posuerit in deformandis, aduersus quas dicit, personis. Id enim magis indicāt illæ uehementissimæ insectatiōes in Sassiæ profusam, petulantem ac indomitam libidinem, in Oppianici impia homicidia, in C. Staleni perfidiam, in proteruitatem Clodiæ, in Catilinæ inaudita scelera, in Gallorū leuitatem, in Græcorum Asiaticorumq́ audaciam ac egestatem, in cupiditatē Deciani & Lælij, in confictam Erutij criminationem, in lutulenta uitia Pisonis.

Cōpositio In genere demōstratiuo qualis esse debeat

Cõparatio & amplificatio ꝓpriæ demõstratiui generis partes.

ATQVE EA mihi causa uidetur, ut hoc in genere, quod ad ostentationem nõnunquam componi solet, illustri dicendi figura, summo sermonis acumine cum admiratione, gratia, delectatione, comparationibus, crebris amplificationib⁹, quæ huius generis propriæ sunt, ac omni deniq; eloquentiæ lumine utamur.

Quid spectãdũ in genere demonstratiuo.

RECTE AVTEM Aristoteles monet, animo & cogitatione percurrẽdum, qualem quisq; locus laudationem aut uituperationem recipiat, qui uulgo recepti mores, quæ patriæ instituta, & quales audiẽtium sint animi. Nam quod alicubi honorem & dignitatis gratiã meretur, id contrà alijs in locis inuidiã criminationemq; cõflare potest. Apud Aegyptios uiri pensa tractant, ab omni ciuili usu remoti: eorum coniuges forenses actiones publicè tuentur. Idem apud nos etiã legibus damnatur. Senectutis summa semp ueneratio Romanis fuit. At Caspij sexagenarios in altissimas solitudines cõpactos, fame sitiq; enecant. Apud Atheniẽses summo ac illustri honore excipiebãtur musici, eosdem Lacedæmonij, q animos effœmina-

Aegyptiorũ institutum.

Senectutis ueneratio & cõtemptio.

rent magis, q̃ ad uirtutis studiũ excitarẽt, ciuitate propè eijciebant. Illud etiã præce ptione nõ arbitror egere, ne ullius rei uel personę frigida, ieiuna & exilis sit uel lau datio uel uituperatio. Nã qui frigidè lau dat, aut nihil quod admiret inuenire pos se, aut non dissimulanter lædere, aut lau dis deniq; ac gloriæ alienæ inuidus uide tur. Et qui aperte uituperat, cõmuni uir tutis uoluntate adductus, uel ideo popu larẽ fauorẽ meretur, q̀ à republica perni ciosum ciuem remouet, & quasi innocen tiæ legem sibi indicit. Si uero priuato in census odio liberius uituperet, hoc ipso fidem amittit, quòd sit inimicus.

Laudatio fri gida est inci uilis.

EST AVTEM genus demonstratiuum aliud docendi gratia institutũ, quod διδα κτικὸν καὶ ἐπιστημονικὸν Græci uocant, quo hodie in familiarium congressionibus, a micorũ consultationibus, aut scholis pu blicis de rerũ origine, natura ac causa, de artiũ studijs, literarũ inuẽtione, reip. sta tu, Socraticorũ more disputãtes utimur. Cicero li. Offi. primo oratiõis genus uo cat, quod in sermone uersat. Alterũ est no stri instituti, q̃ laudamus aut uitupamus.

Duplex gen demonstrati uum.

Eius formas tres facim⁹: Personarum, Factorum, Rerum.

Genus demõstratiuum, ἐπιδεικτικὸν triplex.

Generis demonstratiui personarum partes.

Exordium.

Exordium generis demonstratiui unde ducatur.

EXORDIVM commodissime ducetur à dignitate eius quem sum⁹ laudaturi, cũ insigni aliqua & excellenti laudis significatiõe, quæ ad ciuilis uitæ societatisq; rationem, uel uirtutum exemplum pertineat[a]. Hic præcipue audiẽtium animos laudis pulchritudine, admiratione, spe, alacritate, atq; expectatione fouebimus. Exempla dabit apparatus noster, quem conscribimus de imitatione cum elocutionis & rerum, tum uerò iurisprudentiæ.

a Bar. in l. cõ. C. de no. C. fa.

Narratio.

NARRATIO qua personæ laudãtur, historica quædam est expositio, et perpetua amplificatio, quæ tamen suá interim habet probationem, & tacitæ reprehensionis defensionẽ, ut si Romuli originem et educationem cælestem à Lupæ Faustuli uxoris commercio argumentis asseras.

VARIA hominum laus est, nec una sim

plicíq; tractari ratione poteſt. Proínde ea q uti uolet, cum ipſa materia deliberabit.

Loci amplificationis petuntur à
- Fortunæ corporisq; dotibus,
- Bonis animi.

FORTVNAE bona ut ſolidã in ſe laudem non habent, ita laudari ob id poſſunt, q in eorum moderatione ipſa uirtus magis efflo reſcat. Animaduertit hoc Comicus poeta, q cũ hominis bona faceret, parentes, patriam incolumem, amicos, genus, cognatos, diuiti as, ſubiecit ea perinde eſſe, ut eſt animus il lius, qui ea poſſideret. Qui uti ſcit, inquit, ei bona; illi qui non utitur rectè, mala.

Sunt autem fortunæ dotes,
- Genus,
- Forma,
- Opes,
- Honores,
- Poteſtas,
- Robur,
- Velocitas.

GENERIS & familiæ decora, plurimum habẽt ornamenti, uel ad uitæ inſtitutionem, uel uirtutis occaſionẽ. Pulchrũ enim paren tũ imaginibus reſpondiſſe, ſuperaſſe hono-

rificum, illustrasse autem, & abiectā obscuramq; familiā ē tenebris in lucē uocasse, planē fuerit gloriosum. Vt aūt insigni uirtutis rerūq; gestarū gloria egregie maiorū præstātiæ antecelluisse honestū fuerit, ita etiam parentū industrias contēnere, frugalitatem despicere, uirtutē fœdissimis criminibus cōspurcare, deprimere, extinguere, nefas & uitium iudicatur. Tractauit hūc locū pro Muræna Cicero, eiusdem animi atq; ingenij esse ostendens, posteris amplitudinem nominis tradere, & memoriam propē intermortuam generis sui uirtute renouare.

Forma. FORMAM ac pulchritudinē, quæ cū dignitate sit coniuncta, uerborū honore prosequimur; quod facit Isocrates in Helena, Homerus in Agamēnone, Herodian⁹ in Commodo imperatore, Plinius in Minutio Aciliano laudando, Epistol. lib. i.

Opes. OPES AC diuitiæ principibus uiris dignitatē, liberalitatisq; exercēdæ materiā ac facultatē suppeditāt, ferocibus aūt ingenijs magnā sæuiēdi p̄bēt occasionē. Quo fit ut q ad liberalitatē, moderationē, bonitatē, & benemerēdi gratiā fortunæ bonis utaī, eū laudem⁹: cōtra uitupem⁹, q p̄pt diuitiarū affluētiā

ſupbiæ, libidini, ac inſolẽtiæ ſe dediderũt.

HONORES ac magiſtratus laudantur, ſi qs rectè ijs fuerit uſus. NEQVE enim aliud uel magnificentius eſt, uel præſtantius, q̃ ciuitatis dignitatem, & reip. bene conſtitutæ ſalutem decusq; ſuſtinuiſſe, negocium ſine periculo, ocium cum dignitate obtinuiſſe. POTESTAS magno ſemp honori illis fuit q in reip. adminiſtratiõe, adeoq; cõmuni humani gñis cõciliatiõe, æqtatẽ, moderationẽ ac facilitatẽ cũ gloria & bñuolẽtia ciuiũ exercuerũt. Solet ferè potẽtia quæ ſupbiæ & inſolẽtiæ plẽa eſt, hũana ĩgenia peſſimis cupiditatib⁹ ſubuertere. Quod Dionyſii, Alexãdri, Pharęi, Demetrij, Phalaridis, Nerõis, Syllæ, cæterorumq; nobilitatæ crudelitates docẽt. Eſt eñ difficile, in magna potẽtia & libertate illã uirtutis altricẽ æqtatẽ ſeruare, & ſuis q̃ſi frenos imponere cupiditatib⁹: ꝓpterea ꝙ oẽs ferè, ut aduerſas, ſic ꝓſperas & noſtrã ad uolũtatẽ fluẽtes res, ĩmoderatè ſe rim⁹ magnis affectib⁹ ꝑturbati: & q̃ maiore gſq; prĩcipatu excellit, hoc ſe ĩpotẽti⁹ gerit: ut q in maxĩa ptãte reꝝ oĩm moderationẽ ſeruarint, eos iuſta laudatione ꝓſeq̃mur: ſed hæc laudãt, ꝙ uirtuti, cui uni oĩs laus debe-

Honores

Ociũ cũ dignitate.

Poteſtas multorũ ingenia ſubuertit.

Sentẽtia.

Difficilimũ in maxima poteſtate rerũ omniũ moderationẽ ſeruare.

tur,& præter quã nihil recte laudari poteſt, ſummum addunt ſplendorem, cùm ijs recte utamur.

Bona animi.

ANIMI BONA ſolidam, conſtantem & omni ſeculorũ memoria uicturã laudem habent. Nam ſicut in ijs quæ uel fortunæ benignitate hominibus contribuũtur, uinci non turpe eſt, nec ualde glorioſum cæteris antecellere: ita quæ ſua quiſq; induſtria in gloriam uirtutiſq; admirationẽ prouexit, ea popularẽ apud omnes laudem merentur, eoq; fit ut animi quàm corporis bona, gratia excipiãtur illuſtriori, ſed animi duplici ratione tractantur. Nam alias uirtutes eas, quæ in uitæ communitate ac beneficẽtia ſunt poſitæ, in multas formas partimur, ſua ſingulis attribuentes officia communitatemq; ac differentiam. Qui locus huberrimam ad dicẽdum copiam ſuppeditat: qualis eſt illa popularis uirtutũ Cn. Pompeij laus apud Ciceronem. Et quia animos noſtros uehementius excitat, eorum quæ illuſtria ſunt, in memoriam traducta imago, uiſum eſt hic uirtutis formas tanquam in tabula ſpectandas proponere.

Soli uirtuti laus debetur.

VIRTVS

PRVDENTIA uirtutum omnium princeps.

IVSTITIA in qua uirtutis splẽdor est.

FORTITVDO quæ ex rerũ humanarum contemptione animiq́ magnitudine nascitur.

TEMPERANTIA quæ uitæ habet ornamenta

Memoria

Fides

Clemẽtia

Cõtinẽti

Beneficentia

Fidentia

Modesti

Intelligentia

Prouidentia

Magnificẽtia

Naturalis Scripta Vetustate formata

Religio Vindicatio

Pactum

Pietas

Obseruãtia

Gratia Veritas Iudicatum Par Patiẽtia Perseuerãti

Harum uirtutum omnium proprietates atq; officia, eruditè explicat M. T. Cicero in libris officiorum.

ALIAS ætatis gradus rerumq; geſtarum ordinem complectimur.

I. NATALES: Quibus auguria futurā claritatem promittentia adijcimus, ut Platonis, Herculis, Ciceronis apud Plutarchū, Midæ regis apud [redacted] in Chiliadibus, Romuli & Remi apud Liuium. Familiaris hic locus eſt cū oratoribus, tum poetis & hiſtoriographis. Fit autem illuſtrior temporis & loci circunſtantijs, quarum non ſimplex eſt commendatio.

II. EDVCATIO. In qua ſpectamus indolē ac primam inſtitutionem: quæ haud dubie magnam ueræ exurgētisq; uirtutis ſignificationē præbent. SOLENT enim fluxa puerorum ingenia, ad eorum mores & naturam deduci, quorum ſunt præceptis imbuta. Et Cicero pro M. Cælio eos ſcribit ad maiorem uitæ frugē peruenire, qui rectè & liberalier ſunt inſtituti. Fuitque eam ob cauſam prima ueteribus ratio pueritiæ rectè & ab optimo quoque præceptore inſtituendæ. Sic enim Achilles Phœnicem, Agamemnon Neſtorem, Alexander Ariſtotelem, Antigonus Zenonem, Cicero Diodorum præce

Aetatis gradus.

ptorem habuit. Persæ statim educatum
pueꝝ docebāt iustitiam publice & priua
tim colere. Extant in hanc sententiā mul
ta apud Platonē li. de rep. 2. & 3. Fabium
Quintilianũ li. 1 [redacted] & Alexandrũ
ab Alexandro libro genia. die. 2. c. 25. Inci-
dunt autem loci communes de pietate in
deos & maiores, de æqualium consuetu-
dine, quæ ferè ingenium arguit, de æmu
latione, cuius multa apud Plutarchum in
uitis extant exempla, de admiratione &
pudore, qualis fuit in Pamphilo Terentij.
Quanq̃ & ea nos spes interim fallit. Cui-
us rei exempla multa apud historiogra-
phos extant, pleraq; etiam apud Quintili
anum libro instit. Rhet. 1.

ADOLESCENTIA, cuius officia ac de- III.
cora præter Platonem & Aristotelē scri
bit Cicero libro officiorum primo. Pro-
fert autem atq; producit primos uitæ fru
ctus, & exurgentis uirtutis spem certissi-
mam offert. Laudantur in ea consuetudo
bonorum uirorum, æmulatio atq; amor
honesti, continentia uitæ, magnitudo ani
mi atque constantia quæ raro contingit:
moderatio affectuum, qui ferè impoten-

tiores sunt in adolescẽtia. Nam aut odio nimio, aut amore flagrant. Postremo pudor, ingenui & liberalis animi index, præcipuè in Scythis ac Persis laudatur, quorum ephebi pro lege seruabant, ne in publico aut spuerent, aut nasum mungerẽt, aut in parentum conspectu considerent. Extant de affectibus adolescentium multa apud Aristotelem lib. 2. cap. 15. Rheto. ad Theodectem.

IIII. IVVENTVS, in qua laudamus quicquid cum uirtute, animi magnitudine, sapientia, fide, dignitate, ac felici rerum successu gestum est. Hic locus amplificabitur exhortatione, obiurgatione, affectibus, locis communibus, cæterorumque imperatorum ac præstantiũ uirorũ cõparatiõibus: quæ omnino in hoc genere longe sunt speciosissimæ. Nam latentem rerũ uim atque naturam inueniunt & expendunt.

V. SENECTVS. Senes honorificè prædicãtur, quod cõsilio, prudentia & fide rempub. auxerint; honoribus & ciuitatis muneribus cum gloria ac dignitate fuerint perfuncti; quod de iure respõdendi grato senectutis non inertis munere fuerint perfun-

cti,habuerintq́ in omni uita omnes corporis animiq́; uoluptates domitas, nullo uitæ statu deiecti.

MORS eorum laudatur, qui in patriæ periculis propulsandis,hostium telis confossi ciciderunt,aut quibus post mortem diuini honores fuerunt relati. Nam honesta mors(ut est apud Ciceronem pro Publio Quintio)uitam turpem sæpe exornat.Idē in lib.i. Tusc.quæst.Claræ, inqt, mortes pro patria oppetitæ, non solū gloriosæ rhetoribus,sed etiam beatæ uideri solent. Et qui pro republica ceciderunt, in perpetuum per gloriam uiuere intelliguntur b. Præcipue tamen eorum mors nulla seculorum obliuione intermoritur, qui ingenij monimenta reliquerunt posteritati.

VI.

b. Inst. §. Hi em̄ de excus. tu. uel cuat. l. q actiōe §. si qs in colluctatione ff. ad l. Aquil.

CONTENTIONEM diximꝰ passim spargi in ipsa amplificatiōe,quæ collationibꝰ crescit,& huius generis propria est. Verum hic obseruabimus, ut eas præsertim res dicendo extollamus,quæ aut ipsa magnitudine sunt excellentes, aut nouitate admirabiles,aut genere ipso eximiæ ac singulares.

Amplificatio propria generis demōstratiui.

VITVPERANDI præcepta ex contrarijs sumentur, uitijs. Nam ut maiorum imagines laudi alijs, ita probro plerisq; generis humilitas fuit. Adolescētia spurcissimis uitijs ac profundissimis uoluptatibus demersa, fracta libidinibus iuuentus, exhausta senectus, mors funesta. Oīa denique industriæ subsidia, omnia fortunæ ornamēta, oīa uirtutis instrumēta, in libidine, uoluptatibus, ac scelere attrita atq; decocta. Cicero Pisonis frontem, seruilem colorē, pilosas genas, dētes putridos, infantiam, stuporē ingenij ac tarditatē, linguæ debilitatē, libidinū sordes, ganeæq; nidorē, cæteraq; cū corporis, tū animi lutulenta uitia miris cōuicijs & uehemēti increpatiōe perstringit. Sed hæc tractaturo cognita esse debet uirtutū uitiorumq; natura, quam ipsa illa laudandarum artium omniū procreatrix & parens philosophia explicat.

Peroratio.

PERORATIO habet breuē enumeratiōnē & affectus, qbus reb⁹ lætis cōgratulationē, afflictis et tristibus cōsolationem commiserationemq; attribuimus.

De ſtatu.

STATVS in hoc genere plerunque eſt qualitatis, quanq̃ & alij incidere poſſunt. Is ut Rodolpho Agricolæ placet, ex perſonarum, rei, & conatus diligenti conſideratione erit ducẽdus: ut oſtendam⁹ merito honorẽ ei haberi, q ꝑ republica ociũ deuouit ſuũ. Hæc quæſtio, pro re, loco, ꝑſonis & cæteris circũſtantijs mutari poteſt. Habes huius generis themata apud Ciceronem & Thucydidem. Status generis demõſtratiui.

FINIS generis demõſtratiui, eſt honeſtas.

Genus demonſtratiuum factorum.

HOC IN genere uerſamur, quoties fortiſſimorum uirorum præclare facta aut dicta, illuminata oratione extollimus, aut gratias agimus, aut congratulamur, concitamus, mitigamus &c. quorum omnium uſus eſt in populi concionibus & in epiſtolis frequentiſſimè.

De exordio.

IISDEM EXORDIENDI rationibus, quas ſuprà tradidimus, uti licebit. Sed cũ pleniſſimam laudis uenerationem habeant quæcunque excellenti animi elatione

& magnitudine, sine ulla priuati commō di spe, & aliquo etiam uitæ cum periculo in ciuium salute propugnāda fuerint suscepta, aut in quodā uirtutis splendore ac pulchritudine posita, ꝓfuerit ab eorū cōmodis, apud quos dicim⁹, exordiri: ut intelligant facti laudationē cum suæ reipublicæ dignitate esse cōiunctam qui locus præcipuus est demerendi fauoris.

ATTENTIONEM, rei uel magnitudo uel nouitas: docilitatem, facti ipsius natura, utilitatisq́ꝫ expositio faciet.

De propositione.

NARRATIONE in hoc genere rato utimur, nisi apud eos q rei gestæ historiam plane ignorant. Propositio igitur narrationis uice fungitur: ut Cicero ꝓ M. Marcello ostēsurus nullam Cæsaris laudem, Marcelli restitutione maiorē esse, sic proponit: Nullū tantū est flumē ingenij &c. Talis est et in oratione quā habuit ad Quirites. Et laudaturus L. Mumiū, sic ꝓponit: Interea quæ uel publicè, uel priuatim singulari laudis ac uirtutis admiratione sunt gesta, non aliud factum pleniorem officij gratiā mereri, q̄ ꝙ Luci⁹ Mumius

Corintho Achaiæ urbe copiosissima sub lata, totam Italiam magis quàm domum suam, exornare maluerit.

De contentione.

CONTENTIONIS nomine complectimur confirmationem eorũ quæ proposuimus, & excusationem, qua ea quæ obstant, defendimus: ut si quis Quinti Mutij Scæuolæ factum laudaturus, dicat patriæ seruitutem atq; obsidionem depulsam esse summa animi excelsi atque inuicti magnitudine, nulla cum suspicione audaciæ aut temeritatis. Ita Horatij Cocletis, M. Marcelli, Deciorum, cæterorũq; illustria facta, magnos & fortes animos ab immanitatis, audaciæ, arrogãtiæ, pertinaciæ, crudelitatis, pfidiæ, cõfidentiæ, iræ, ambitionis, et sæuitiæ, uel reprehensione uel suspiciõe uindicabimus. Fallit enĩ nos uitiorũ cũ uirtutibus cognatio: quæ tanta est, ut ipsa illa turpitudinis illecebra uoluptas, ppter lenitatẽ & suauitatem qddam simile naturali bono habere credatur: fitq; non raro, ut tẽperantiam immanitas, magnitudinẽ animi supbia, fortitudinem audacia imitetur.

Vitiorũ quędã cũ uirtutibus cognatio.

Voluptas turpitudinis illecebra.

Loci contentionis sunt	Honestum, Vtile, Facile,	Ad quæ referuntur:	Fas, Pium, Iustum, Mansuetũ Moderatũ Iucũdum.

HONESTVM ab animi prudentia, iustitia, fortitudine et temperantia emanat, quemadmodum utile & facile à suis petũtur circũstantijs. Ab honesto sic ratiocinamur: Horatius Cocles magno ac forti animo pro communi salute hostium se telis obiecit: quod quoniam magnanimitatis erat, igitur & honestum.

Ab utili.

VNVS SVO labore ac uitæ discrimine dum pons igne ferroq; interrumperetur, hostiũ impet⁹ excepit, eoq; facto urbem conseruauit, hoc igitur factum publicæ fuit utilitatis.

A DIFFICVLTATE pfecti operis, quæ propter incertũ sæpe euẽtum, laudẽ admirationemq; habet. Rupto ponte ac inciso hostibus aditu, ipse cum ruentis pontis fragore in Tiberim armatus desiliẽs, incolumis ad suos tranauit,

Hi loci amplificātur à ſuis circunſtantĳs, & decreto uirtutis præmio.
Cicero ꝑ M.Marcello à natura facti primā cōfirmationē ad hūc ferè modū facit Hoc factū quo Marcellū reſtituiſti, ſoli⁹ animi tui fortis atq; excelſi eſt Cæſar, reliquarū laudū ſocietas cū fortuna cōicat. Itē, Plus laudis atq; dignitatis apud hoīm aīos meretur, cū beneficētia, benignitate ac clementia quod fit, q̃ aīo forti atq; elato. q loci ſunt ab honeſto, pio, moderato.

A difficultate.

DIFFICILIVS eſt, animi ſecūdo et proſpero rerum ſucceſſu inſolentis cupidita tem uincere, quàm hoſtes.

Ab utilitate.

HOC BENEFICIO quo Marcellum reſtituiſti Cæſar, cunctos ciues diuerſam partē ſecutos, quaſi ſigno dato, in certam clementiæ tuæ ſpem erexiſti: quod fuit ex uſu totius reipublicæ.

EX cōtrarĳs locis argumentatur idē in Piſonē: Oportuit ſobriū ac prudētē con ſulē tueri leges & ſenatuſconſultū. At tu Piſo ludos Cōpitalitios fieri, legē Aeliā & Fuſiam euerti, collegia reſtitui, illibe-

ralia facinora ex omni urbis fæce ac serui tio concitari, Clodium prætextatum uo lutare contra senatusconsultũ es passus. Qui locus est ab inhonesto & indecoro. Deinde subĳcit, Cõsulis est uidere ne qd detrimẽti respub. capiat. Tu in maximis ciuitatis naufragĳs, in stupris inauditis ne farĳsq; delitescens, ne uerbo quidem tuam significasti sententiam.

NIHIL utilius, nihil præstantius ad ciuitatis dignitatem conseruandam fuit, q̃ ut nostris de moribus quinto quoque an no iudicaretur. At tu ueterem illam magistram pudoris ac modestiæ seueritatẽ censoriam sustulisti. Estq; hic locus contrarius utilitati. sed hæc amplificãtur col lationibus, locis communibus ad excitan dam uel diminuendam inuidiam.

Peroratio.

PERORATIONIS partes erunt, præclarissimorum facinorum enumeratio, et affectus ad conuertendum audientis animum in admirationem, congratulationem, egregĳ facti æmulationem, aut in odium, contemptionẽ, ac inuidiam eius quod reprehendimus.

De genere demonſtratiuo rerum.

MVLTIPLEX huius generis eſt uſus, eoq́ꝫ iuuentutē in eo q̄ diligētiſſimè exerceri uelim, quo huberiorē in literis frugē & uitæ dignitatē maiorem, ex uirtutum uitiorúq́ꝫ collatione uel cognitione conſequatur. Induit em̄ animos noſtros uirtutis imagine, atq́ꝫ ad honeſti nos ſtudiū inflammat diligens illa & aſſidua rerum pulcherrimarum commētatio. Vt enim apud Platonem Socrates, eū optime uerum dicere poſſe dicebat, qui mentiendi artifex eſſet optimus: ſic nemo rebus gerendis ac fugiendis utilior erit, q̄ qui uirtutes uitiáq́ꝫ probe cognorit. Abeſſe em̄ non poteſt, quin ſicut in ſole inambulantes, natura fit ut colorentur, ita q tota ſe mente ac uoluntate in uirtutum tractationem cōĳcit, multa prudentia ac reꝝ uſu exerceatur. Eſt aūt laus nō modo rerum animatarum, qualis eſt apum apud Vergilium, equorū, luſciniæ, delphinorum, teſtudinis apud Pliniū, pſitaci apud Ouidium: uerum etiam eaꝝ reꝝ quæ animæ ſunt expertes, ut clementiæ & beneficĳ apud Ciceronem, occaſionis apud Auſo

Generis demonſtratiui qualis eſſe debeat tractatio

Socratica ſententia.

níum, uirtutis & uoluptatis apud Xeno-
phontem, mortis apud Alcidamum ue-
tustissimũ rhetorẽ, febris quartanæ apud
Phauorinum philosophũ, historiæ apud
Politianũ, matrimonij, medicinæ miseri-
cordiæ apud [redacted] quem natura ad
omnem ingenij gloriam magnũ atq; ex-
celsum finxit.

Exordium.

BREVIORA sunt in hoc gñe exordia: nã
ipsa rerũ magnitudo uel excellẽtia, quarũ
laudes sumus explicaturi, popularẽ ferè
gratiã, cõciliationẽ, atq; attentionẽ apud
oẽs habẽt: & pinde laudabile erit exor
diũ, ab insigni & rara quadã susceptæ rei
laude atq; utilitate ductũ. In laudatione
ei⁹ rei quæ sua natura parum est honesta,
excusanda erit & molliẽda ipsa rei fœdi
tas colore quodam & insinuatione.

Narratio.

NARRATIONIS uice ppositio erit, cui
partitio (si res sit multiplex) succedet.

Confirmatio.

IIDEM HIC sunt loci, q in facti demõstra
tiõe: nisi q in locorũ laudatiõe præcipuè
tractant, species, honor, pulchritudo &c.

ut in laude Siciliæ apud Ciceronem.

FRVGALITATIS dignitatẽ argumẽtis demonstraturi, dicemus, ex omnibus uirtutibus quibus ciuilis uitæ splendor cõmendatur, aut efflorescit fortunæ amplitudo, nullam frugalitate præstantiorẽ laudabilioremq́ꝫ esse: quòd sine ea nullũ honestũ officium cum aliqua dignitate aut facere, aut meditari queamus: ꝙ eiꝰ septi ꝑsidio, magnos atqꝫ elatos animos aduersus fortunæ inuidiam, rerum tenuitatem, inopiam, obsidionem hostiũ geramus: nec prosperis in rebꝰ in uoluptatũ libidines illabamur, nec frãgamur aduersis: referamusq́ꝫ cũcta ad uitæ gloriã atqꝫ splẽdorẽ. Hic locus collatione cõtrarioꝝ amplificatꝰ, ꝙ nihil sit turpius, nihil quod in beluarũ naturã magis nos deturbet, q̃ uoluptatum libidinibus molli ac delicata uita affluere: in uino, in comessationibus, in scortis patrimonium ꝓfundere: opes magno alioꝝ labore partas, in ganeis ac lustris decoquere: fortunas turpiter abligurire, abijcere rem domesticam, nihil præter inguinis et uentris oblectationem ferarum more quærere &c.

Frugalitatis bona.

VTILITATIS loc⁹ erit, frugalitate corporis ualetudinē, animæ uero innocentiā cōseruari, ornari adolescentiā, iuuentutē magnis uiribus augeri, summū senectuti parari præsidium, rebus domesticis fructum ac laudē, publicis dignitatē: foueri pudicitiā, matrimonij sacramētū cōseruari inuiolatū, arceri deniq; ingenia humana à conspurcatis uoluptatū sordibus ad continentiæ laudem amplectendam.

CRESCVNT hæc atq; amplificātur contrarijs uitijs, ueterū exemplis, q frugalitatē, legibus sumptuarijs latis, excoluerūt. Adde insigne quoddam apophthegma, cuiusmodi est: Alcamenes Telecri filius, obiurgatus quòd in affluenti rerum omnium copia frugalius uiueret: Decet, inqt, eum qui multa possidet, nō pro libidine, sed ratione uiuere.

VITVPERATIO ijsdem locis tantum in diuersum colligitur. Habes ebrietatis uituperationem ac mala apud Plinium naturalis historiæ libro decimoquarto, capite uigesimosecundo.

Confutatio.

CONFVTATIO locis contrarijs constat,

Peroratio.

EADEM HIC erit perorandi ratio, quã suprà tradidimus.

De genere deliberatiuo.

GENVS DELIBERATIVVM suasionẽ & dissuasionem, conciliationem, reconciliationẽ, exhortationẽ, dehortationẽ, petitionẽ, cõsolationẽ, cõmendationẽ habet. Vtile in primis cũ ad urbiũ rerumq; ciuiliũ administrationẽ, tũ propè necessarium poëseos historiarũq; scriptoribus, nedum oratoribus. Omnem enim orationis uim, sententiarum grauitatem, rerumq; complectitur uarietatem.

Genus deliberatiuum.

Vsus generis deliberatiui.

VERSATVR autem maxime circa dignitatem, quæ ipsa honestatem & utilitatem complectitur.

Finis generis deliberatiui.

HABET autẽ deliberatio om̃is popularẽ quandã eorũ cõciliationẽ, quorũ assensum mereri conamur. Et qa magnarũ rerum consultationes prudẽtia, fide, ac moderatiõe explicãtur, nihilq; recti statuere potest animus affectionibus cõcitatus, fit natura, ut hoc in genere uerborũ lenitate, oratione simplici, temperata, affluẽti, sententijs q̃ uerbis ornatiore utamur, qualis est

Compositio generis deliberatiui.

oratio Ciceronis pro lege Manilia. Sed quādo rerum quæ in deliberationem adducũtur, conditionibus ac naturę orationis collocationem accommodari conuenit, genus quoq; dicendi ꝑpter consultatiōis magnitudinē, populi dignitatē, grauissimāq; reipub. causam, grādius quodam et illuminatius interim adhibemus: ut deliberantiū animos affectibus (q hic plurimū ualēt) cohortatione, spe, metu, expectatiōe ꝑmotos, à temeritate, desperatione, iracũdia, ambitione, in quęcunq; uelimus animi habitū cōuertamus. Qua in re non simplici diligentia circunspiciendum, ut ingenij, iactationis, arrogātiæ, cupiditatis, criminationis ac inuidiæ suspicionē omnē fugiamus, et ne qd cupide, ne qd aspere, ne quid supbè, ne quid turpiter & cū aliqua deliberantiū offensiōe effutiamus: nisi forte eiusmodi humani ueluti erroris lapsus, autoritatis nostræ quæ nusq̄ magis atq; in consilijs ualet, splēdore atq; existimatione corrigi possit.

Affectus plurimum in genere deliberatiuo ualere.

Vtilis notatio.

Autoritas pręcipue in consilijs ualet.

CONSTITVTIONES omnes in hoc genus incidunt: frequētius coniecturalis & qualitatis, rarius definitiua. Deliberatio

Constitutiões omes in genus deliberatiuū incidunt.

enim omnis, incertæ est rei & in controuersiam cadentis. Prima enim faciendi quæstio consultaturo offertur, ut, sit ne uxor in uitæ societatem admittēda. Hac inspecta diligēter, animiq; iudicio excussa, quæritur, qualisnam uxor sit ducēda, pulchráne ac liberalis, an deformis, cui, quando, et qua cōditione. Interim tamen deliberamus, quid sit hoc quod faciendū proponitur.

De *orationis partibus.*

EXORDIVM quanq̃ non admodū sit in deliberationibus necessarium, ꝑpterea ꝙ ferè nobis quos consulimus, cōmuni quodam uolūtatis iudicio sint cōciliati: quando tamē hæc re⅊ naturæ admirabilis est prudentia, ut om̄ia quæ nascātur, quæq; se in uniuersum profundant, suis prætexuerit initijs, ueluti rudimento quodam, nec ulla sit materia, quæ naturali exordio careat, non conuenit orationem, quæ humanæ coniunctionis conciliatrix est, abruptam esse & inchoatam, cum præsertim oratoris sit, humana maxime & ciuili ingressione consultantiū uoluntatem consensionemq; sibi acquirere. Bre-

Quale exordiũ in deliberatiõibus esse debeat.

ue igitur ac uerecundum sit principium, non elatis ac sonantibus intensum uerbis, sed sententijs graue, compositione moderatum, uel ad officij commendationẽ, uel modestam aliquã eorum increpationem, qui nobis in diuersam ituri sententiam uidentur. Loci huius ferè sunt, ut dicamus ex officio nos agere, nulla re nisi utilitate publica commotos, non metu, non odio, non indignatione in hãc uel illam partem consulturos, sed libero & recto animi iudicio, quæ ad reipublicæ decus pertineant, in medium prolaturos. Tale ferè est Cæsaris exordium apud Salustium. Breuius tamen, ut dixi principium uelut caput esse debet, & docilitate potissimum constare.

Propositio.

Narratione ferè deliberatio caret.

NARRATIO EIVS p̃sertim rei de quã dicenda est sententia, in priuata deliberatione nulla est, sed propositio. Vtimur tamen narratione ea, quæ ordinem rei docet: uel cum aliquid est gestũ, ex quo consultatio nascitur. Nam & Cicero pro lege Manilia belli occasionem, ex qua deliberatio de Pompeio imperatore deligen

do nascebatur, utilissimè exposuit. Sequitur hanc nonnũquam partitio, qualis est in eadem oratione apud Ciceronem: Primum mihi uidetur de genere belli, deinde de magnitudine, tũ de imperatore deligendo esse dicendum. In priuatis maximè cõsultationibus sola propositione erimus contenti.

Confirmatio.

POSSET sola honesti contemplatio in deliberationibus, quid expetẽdum sit aut fugiendum, nos commonefacere, nisi falsis quibusdam nõ modo uulgi, sed etiam hominum leuiter doctorum opinionibus oppressi, & quadam etiam priuati spe cõmodi impulsi, in hanc absurdam ignorationem delaberemur, ut iam ipsi nobis persuadeamus, neglecta utilitate (cuius ferè specie decepti, à rectis officijs deducimur) ne honestatẽ quidẽ retineri posse. Aliò enim nos ducit priuati commodi studium, ac res familiaris; aliò item humanitas, quæ sola honesti nititur contemplatione: eoq; fit, ut frequenter deliberemus utrum sit melius: quod cum cõuenit, contendimus, honestas'ne potius, an utili Falli nos utilitatis specie.

tas sit sequenda. In illa præclara uirtutum exempla, in hac rerum earum cõmoditatem, quarũ fructum emolumento aliquo metimur, spectamus. Et multa sanè natura sunt honesta, quæ tamen temporibus inhonesta fieri credũtur. Quare & nos populari usi oratione, secundum cõmunem magis intellectũ hos locos separabimus: tametsi doctissimæ aliquot huius argumenti quæstiones, apud Ciceronẽ libro officiorum tertio referantur.

Loci cõfirmationis generis deliberatiui.

Sunt itaq; confirmationis loci præcipui, { Honestas, Vtilitas, δυνατόν.

HONESTAS EST, quæ ipsius uirtutis ductu innixa, partim in nostra, partim uerò in eius, de qua deliberatio instituitur, causa spectatur. Ei⁹ sunt partes: fas, piũ, iustum, æquũ, bonũ, mansuetum, religio, patria, institutũ, &c. Versatur enim totũ hoc genus circa res expetendas aut fugiendas. Expetimus aũt quædam ob solam ipsam dignitatẽ, qualia sunt uirtus, scientia, ueritas; quædam ob utilitatẽ cõplectimur, ueluti amicitiã, honores, opes &c. Ab honestate Cicero ꝑ lege Manilia ad

hunc ferè modum argumentatur: Omne bellũ suscipiendũ, in quo Romani populi dignitas, ciuium bona ac sociorũ fortunæ defenduntur: hoc in bello Romani populi dignitas, sociorumq́ꝫ defendũtur fortunæ: hoc igitur bellũ suscipiendũ. Porrò honestatis naturam & officia explicãt definitiones, ex quibus argumenta cõmodissime eruuntur.

VTILITAS ferè spectatur in pacis, opũ, pecuniæ, uectigalium & eiusmodi rerum commodis. Eius partes pleriqꝫ faciũt, magnum, paruũ, facile, difficile, iucundum, periculosum; q loci oẽs ex cõtradictione oriũtur. Nam sicut honestas utilitate sæpe expugnatur, ita utilitas cõtrarijs colliditur locis. Vtile quidẽ, ferocẽ expugnare Turcã, sed difficile: pulchrũ, impio regere populũ, & cõsilio administrare urbẽ, sed misera est & plena criminationis administrãdæ reipub. conditio. Vtilitatẽ igitur ex circũstantijs erutam, ueluti tempore, loco, belli apparatu, commodo, incõmodo, fructu bellum secuturo, & huiusmodi alijs, quorꝫ collatione ipsa rei utilitas in communis sensus iudiciũ obrepit, Vtilitas in q. b' spectetur.

diligenter ponderabimus. Neq; enim ali
Deliberatio quid sit.
ud ferè est deliberatio, quàm rerum expe
tendarum uel fugiẽdarum comparatio.
Verum utilitatis rationem ex officijs, par
tibus, effectis, usu agẽdi, genere, modo, & id genus alijs trahimus. Annotauimus exempla in cõmentarijs orationis Ciceronianæ p lege Manilia. plura dabit Liuius.

Δυνατὸν, Latini possibile uocãt, quo uidem' quid fieri possit, quid necesse sit aut non sit. Perit enim ac inciditur deliberatio oĩs, si id de quo consulimus, fieri non posse intelligamus. Et in cõsultationibus non spectare solum id oportet, quod factu sit uel pulcherrimum, uel utilissimũ, uerũ etiam, si quod proponitur, fieri possit. Non iniuria Agis Laconicorum rex, uir alta animi prudẽtia præditus, græculum quendam oratorem magnifica oratione id suadẽtem, quod fieri posse non uidebatur, in magno populi concursu deridens; Oratio, inqt, tua non uerborũ profluentia, sed uiribus & pecunia opus habet, quando ad ea quæ suades conficienda, facultas nulla suppetit. Sunt autem hi cõfirmationis loci passim exemplis, quæ

huius generis propria existunt, approbandi: quod & Ciceroni studio fuisse, eius orationes attestantur. Nam exempla certissima sunt rerum experiméta, & quædam quasi uitæ ac rationis documenta, quibus permota mês humana, & quasi rerũ imagine percussa, uehementius ad consentiendum impellitur, & alieno ex periculo sua comparat commoda. Exẽpla generis deliberatiui propria. Exẽplorum usus.

SED NON omnes suadẽdi & dissuadendi partes, in omnem cadunt materiã: quare cum utilitate causæ deliberandum, quibus recte utamur.

PRVDENTER Aristoteles admonet, in concionibus & omni recta consultatione primum eius naturã, quò deliberatio oĩs refertur; deinde existimationem, cum deliberantium, tum etiã suadentis animaduersam, magnam æstimandi copiã præbere: illud autem propter quod deliberatio instituitur, locis illis quos enumerauimus, excuti: Deliberãtium uerò atq; suadentis existimationem, dignitate, honoribus, sexu, ætate, moribus, præcipue tamẽ autoritate, in qua uitæ splẽdor elucet, cõmendari, adhibẽdum etiam, si usus ferat, Quid obseruare in cõsultationibus cõueniat. Metus interdũ deliberationibus adhibendus.

&postulet cõsultationis magnitudo, metũ;q plus sæpe apud prauos hoĩes, q̃ bonorũ spes, ualet. Sed suasuri parum decora, quod fieri nisi publicæ utilitatis causa nunquam debet, utemur colore, id est, facti probabili causa (Græcis τὸ χρῶμα dicitur) ut quod natura turpe est, honesti colore ac facie induatur. Extat hujus exemplum libro Pandect. 5, l. Hoc colore, tit. de inofficioso test.

Color rebus deformibus dandus.

NVSQVAM pleniorem gratiam maioremq; facultatem habent facetiæ, & uerborum urbanitas cũ dignitate ac lepore prolata, atq; in genere deliberatiuo. Nam tristes plebis animi, languentes aut concitati, facilimè eiusmodi acuto ac hilari dicto ad affectuum moderationẽ deducuntur. Facetias autem dicimus iocum liberalem, ingeniosum, urbanum, non petulantem aut obscœnum.

Facetiis in genere deliberatiuo utẽdum.

Prosopopœię

SED ET PROSOPOPOEIAE, quæ in oẽs cadunt materias, hic plurimum ualent. Habent enim acrem uitiorum reprehensionem, adhortationem, obiurgationem, uitæ morumq; correctionem: & prauas hominum cupiditates, nulla ferè cũ offen

ſione, aut bonæ gratiæ iactura, uehemēti increpatione perſtringere creduntur.

Confutatio.

CONFVTATIO ex contrarijs ducitur locis, ut oſtendamus inhoneſtum, impium, iniquum, inutile, difficile eſſe & fieri non poſſe quod in deliberationem uenit. quorum omnium ratio ex ijs quæ diximus, pendet.

Concluſio.

CONCLVSIONE enumerabimus præcipuos aliquot cōfirmationis locos, quibus ipſa rei & honeſtas & utilitas oſtenditur, additis affectibus ad permouendas deliberantium mentes.

De genere iudiciali.

IVDICIALE genus cauſarum habet cōtentionē conſtatq; accuſatione & defenſione, querela, expoſtulatione, expurgatione, exprobratiōe, cōminatione, inuectiua & deprecatione. Huius tractatio ex omni humana induſtria lōgè maximi eſt opis. Nā & rerũ probationē, atq; argumentorũ inuētionē habet difficilimā; & eorum quibus aut noſtra cōfirmaturi, aut cōtradicta ſumus diſſoluturi, multiplicem atq; Genus iudiciale.

diligentem pro re,pro loco,pro tempore collocationem.

ELOCVTIONEM omnibus figuris ac tropis,omni sententiarũ splendore ac pulchritudine illuminatam: Actionem uehementem,plenam spiritus & animi.Praecipue tamen pugnandum,atq; acri & uehementi quadam animorum incitatione dicendum contra tabulas, testiũ fidem,cõsuẽta,praeiudicia,cognationes,affinitates, uitam deniq; aduersariorum:rapiendi auditores ac contorquendi in iram,concitationem animi ac remissionem. Beneuolentia ex odio,odiũ ex beneuolẽtia quaerendum:extorquendae etiam celeri orationis ui de iudicum manibus sentẽtiae, magni illius oratoris exemplo, qui defensionem ac salutem Q.Ligarij,Cornelij Balbi, & Cluentij, permotione iudicum,ac quodam animorum impetu magis quàm iuris formula aut legibus ꝓpugnasse cõmemoratur.Excitãdi praeterea risus,strepitus,lachrymae,ut quibus causae cognitio datur,non tã sponte iudicioq; uoluntati nostrae suam condonent iudicandi religionem,q̃ mẽte ueluti capti,in quoscũ

Difficultas generis iudicialis.

Ciceronẽ admirabiles affectus concitasse.

que uelimus affectus irrumpant. Atque in his uniuersa propemodum oratoris facultas cōsumitur, & paratur admiratio, quādo eiusmodi animorum perturbationes præcipue inclinantem uel erigunt, uel deijciunt stantem, uel frangunt repugnantem, opiniones inserunt nouas, euellunt insitas. Quarum usus quoniam crebrior in hoc genus incidit, fit quoque ut ipsa orationis compositio sit torrens, concitata, in unoquoque argumēto graui commorans, acriter insequens, atque etiam supplicans, terrens, præmunita, & ob crebras argumentationum conflictiones plerunque confragosa, summa tamē uarietate, nulla orationis satietate expolita. Cōpositio generis iudicialis.

CAVSARVM constitutiones in hoc genus omnes incidunt: finē eius esse plerique putant æquitatem. Stat. & finis generis iudicialis.

PRVDENS ac diligens orator anteq̄ orationem instituat, causæ genus, cui exordiendi ratio accommodatur, animo percursum habere debet, quo rectius ipsius ex natura, ueluti neruis ac uisceribus procemium ducere queat.

Causarum genera. Causarum genera.

SVNT AVTEM causarum genera, ἔνδοξον, ἄδοξον, ἀμφίδοξον, παράδοξον, δυσπαρακολούθητον, id est, honestũ, humile, anceps, admirabile, obscurum. Honestum sua natura, nullis externis septum adiumentis, ad acquirendam beneuolentiam satis ualet. Humile, attentionis: Anceps, beneuolentiæ: Obscũrũ, docilitatis cõciliatione iuuatur. In admirabili, aut turpi causæ genere, remediјs utendum, eoq; exordium rhetores in rectum principium & insinuationem diuidunt.

De exordio.

PRINCIPIVM latinè uel exordium, quod Græci significatiore uocabulo προοίμιον uocant, primã orationis cõmendationem ueluti aditum ad causæ quæ tractatur cõmunitionẽ, dignitatẽ atq; gratiam acquirendã habet. Eius ratio ꝑcipuè commendat dicẽtis modestia, officij religiõe, ipsa deniq; rerũ uerborumq; cõpositione fusa, ac quadam cum lenitate profluenti.

Quibus exordiũ cõmendetur.

Constat autem locis { Beneuolentiæ, Attentionis, Docilitatis.

Conciliatio beneuolẽtiæ.

BENEVOLENTIA acquiritur à rebus

& personis:estq́; eius captatio in commu ni quodã sensu posita, nec ita multis eget præceptis. Nã uitæ humanæ societas ipsa mutuis obstricta officijs, usus'q; rerum maxi marum facilè indicát, quibus rationibus hominum animi uel ad gratiam, uel ad in uidiam excitentur.

PRAECIPVS autem locus conciliandi animos ad beneuolentiam, cũ erga oratorem, tũ etiam illum pro quo agitur, positus mihi uidetur in ipsa personarũ dignitate, morũ innocentia, uitæ existimatione: quæ ornatur rebus gestis, meritorum cõmendatione, grauis etiã alicui^9 casus p patria suscepti cõmemoratiõe, & ne qua simultatis suspicio, ne qua uindictæ cupiditas in agẽdo, ne qua gratiæ affectatio in defendẽdo quæsita uideatur. Optimè Cicero li. offi. 2. enumerat, quibus rebus hominũ animi ad beneuolentiã permoueantur. Sed priora omnia illustrát pudoris significatio, uocis lenitas, & comitas sermonis, ne qđ poteruè, ne quid cupidè, ne qđ petulanter dictũ uideatur, uultus deniq; qui animi sensum indicat, modestia. Mire etiam quiddam ualet ad animi cõciliatio-

Personarũ dignitas præcipuã beneuolentiæ habet cõmẽdationẽ

nem reorũ exprimere mores innocentes, religiosos, litium fugitantes, iniuriarum perferẽtes: quemadmodum Cicero Pub. Syllæ modestiam in fauorem & commiserationem adducit.

FREQVENTER tamen beneuolentia ab officijs personarũ ducitur, quoties nos ductos cognationis uel affinitatis, uel domesticæ necessitudinis, aut reipublicæ officio, pro ijs laborare significamus, quorũ aliqua in rempublicam extant promerita, aut quorum uirtus aduersariorum criminationibus afflicta ac pstrata iacet, uel deprimitur infirmitas. Vsus eo loco in oratione pro Publio Sylla Cicero.

EST AVTEM honestissima cũ ad conciliandam multitudinis beneuolentiam, tum uero gloriam atq; admirationem excitandam, illa officiorum commendatio, quæ à liberali gratificandi uoluntate, beneuolentia in ciues, pietate in parẽtes, misericordia in calamitosos, exules atq; afflictos profecta uidetur. NAM IN amicitiæ humanæq; necessitudinis consociatione quemadmodum labor nullus honestus, nullum alleuamentum necessarium

detrahi sine graui communis officij derelictione potest: ita benignitatis est, eloquentiæ bona, quæ natura ad hominũ salutem & conseruationem dedit, ad optimorum ciuiũ pericula propulsanda conuertere. Obseruasse hos beneuolentiæ locos passim uidetur Cicero. Si qua causa ad reipublicæ exemplum referatur, in ea Plinius omnium interesse putat, quid recte, quid præter ius & æquum fiat, diligenter dispicere.

MANET & hoc in præceptis, ut caueamus, ne quos propter priuatam aut publicam utilitatem diligim⁹, eorum laudem effusius prædicemus. SOLET ENIM plerunque inuidia florentibus rebus, illustriq; gloriæ facilius incumbere, & ut exitus noster, si formula cadamus, apud nostri amantes commiserationem meretur: ita sæpe contemptum ac risum excitat, si nostra diligentia nihil uideamur consecuti. Eam etiã ob causam apprime utilis est illa eloquentiæ dissimulatio, qua nos aduersariorum ingenijs, gratiæ atq; autoritati impares dicimus. Vsus ea Cicero in prima exordij circũductione pro P. Quin

γνώμη

Vtilis eloquẽtiæ dissimulatio.

tio,& pro Lucio Cornelio Balbo.

A iudicis persona.

IVDICIS etiam laudatio cum causæ nostræ utilitate coniungenda:ad eiusq; animi uirtutes pleraq; accõmodanda erunt. Nam Cicero in oratione pro Pub.Quintio,contra aduersariorum uim & gratiam,præsidium ab æquitate,fide,grauitate ac uirtute C.Aquilij sibi quæsiuit. Sed cõciliandi iudicis uel etiam auditoris materiam,causa quæ maxime fauorabilis uideatur,dabit.

CAPTABITVR & ab aduersarij persona beneuolentia,si præcipitem eius amentiam,libidinosum furorẽ, proiectam nequitiam,barbarã deniq; & illiberalem in aliorum uel existimationem uel fortunas debacchandi uoluptatem,& quicquid ab illo proteruè,cõfidenter,præfractè & flagitiose factum sit,in contemptionem ac inuidiam trahamus. Vehementi enim & graui insectatione Cicero Ebutij audaciam improbitatemq; perstringit.

De insinuatione.

Insinuatio.

IN TVRPI causa & tacito uulgi præiudicio damnata,non recto utimur principio, sed insinuatione, quæ ἔφοδος græcè

appellatur. Ea eſt, per quam occulte in iu
dicum animos cauſæ noſtræ uel excuſati
one, uel etiam criminis extenuatione ad-
mittimur, medicorũ exemplo, qui ama-
ram potionẽ ægrotis exhibituri, ut amari
tudinis fallant ſenſum, extremas poculi
oras melle oblinunt. Vſus ea Q. Horten-
ſius, qui cum illiberaliter, ſed quod natu-
ra honeſtum fortaſſe ac ciuile uidebatur,
Martiam Catonis uxorem deperiret, pri
us eius filiã Porciam Bibulo nuptã, pro-
creandæ ex ea gente ſobolis cauſa popo-
ſcit. Cui cũ Cato reſpondiſſet, Sua q̃dem
omnia illius in uoluntate futura eſſe, ſed
quod peteret, in generi, cui filiã dediſſet,
poteſtate eſſe, uictus cupiditate Hortenſi- Cato uxoris
us, Martiam eius uxorem apertè poſtula ſuę Martię cõmunitatem
uit, cuius poteſtatem ipſe Cato, qui mari Hortenſio fecit.
tus eſſet, dare poſſit. Hac inſinuatione ille
ctus Cato inuerecundè conceſſerat, quod
recuſare antea poterat honeſtè.

EIVS HOC breue ſit præceptum, ut ab Loci inſinuationis.
ĳs quæ lædũt, orationẽ inflectamꝰ; cauſæ
turpitudinem, perſonæ cõmendemus di
gnitate. Si perſona laboremus, ex facto
gratiã quæramus: perſuadeamusq́ boni

& incorrupti esse iudicis, non personam, sed rem quæ iudicij sit propria, spectare.

De attentione.

ATTENTIO conciliatur, si de rebus magnis, nouis, necessarijs, & cum eorum qui nos audiunt utilitate dignitateq; coniunctis, uel ad singulare reipublicę exēplum pertinentibus, nos polliceamur breuiter dicturos: excitemusq; audientiū animos spe, expectatione, metu, admiratiōe, & id genus alijs affectib⁹. Vsus hac ratione M. T. Cicero in oratione pro l. Manilia. Agitur, inquit, salus sociorum, aguntur certissima populi Romani uectigalia &c. Pro C. Rabirio: Sic enim existimare debetis Quirites, post hominum memoriam rem nullam maiorē, magis periculosam, magis ab omnibus uobis prouidēdam, neq; à trib. plebis susceptam, neq; à consule defensam, neq; à populo Romano esse delatam. Quòd si causa iucunditatis in agēdo uarietatisq; minus sit habitura, rogādi iudices, ut in audiendo non minorem diligentiam religioni tribuant, q̄ uoluptati.

De docilitate.

DOCILITAS ijsdem ferè, quibus atten

tio, constat locis. Eius tamen ratio commodissimè explicatur, si causæ genus, naturam, ac summam denique rei, quam iudicis cognitio excipiet, definitione ac diuisione ita explicemus, ut neq; iudicis attentionem ipsa partium diuisione confundamus, neque multitudine obruamus memoriam.

INCIDVNT autem in omnes orationis partes hi loci, in tota causa, tanquam in corpore sanguis, sparsi. Alicubi tamen, ubi p̃sertim causæ genus parum sit honestum, simplicius erunt attingendi. Nam quædam eleuanda, quædam etiam omittenda ad remittendam iudicis auditionẽ. Cicero enim in oratione qua Q. Ligarium defenderat, usus ironia est ad criminis inuidiam eleuandam, remittendamq; Cæsaris attentionem.

LIBERA mihi uidentur exordia, nec una certa ratione tractari posse. Sunt eñ locis, causis, temporibus, personis nostris uel aduersarijs, præsenti rerum statui & hominum opinioni accommodanda. Exempla sunt longe pulcherrima apud Demosthenem & Ciceronem. Libera exordia.

Modus exordij.

MODVS EXORDII aptissimus erit, si nec ipsa breuitate excidat, nec longitudine auditorem defatiget. & quemadmodum Apelles & Parrhasius suis imaginibus addiderunt symmetriam: ita orator simplicibus causis breuius, multiplicib⁹ uerò & suspectis longius dabit principium, ne iuxta prouerbium, Herculis personam & cothurnos infanti tribuat.

Exordiorum uitia.

EXORDIORVM uitia rhetores tradūt, Vulgare, id est multis causis accommodatum: Commune, cuius usum aduersarius habere potest: Cōmutabile, quod aduersarius in causæ suæ uoluntatem ac defensionem retorquet: Separatū, & à causa alienum: Translatū, quod alijs ex causis est ductum. Præter hæc cauendum, ne uerborum insolentia, nouitate, obsoleta & desita uetustate, metaphora audacius petita, in procemijs utamur. Præcipua tamen cura obseruandum, ut postremam procemij partem consequentium initio, tanquam totius corporis mēbro accommodemus.

De narratione.

NARRATIO EST historica rei gestæ

aut ut gestæ expositio. Eius fauorabile initium esse debet, atque inde ductum, unde causa nostra potissimùm commendatur, iactis passim suspicionibus, seminibusq; argumentorum, quibus causa communiatur. EST ENIM expositio reliquæ orationis omnis fons, & initiũ contentionis. Quare præcipui est consilij, uidere, quando & quomodo narrare expediat. Maxima siquidem rerum momenta in narratione sæpe uertuntur. Quod autẽ rethores narrare, id Iureconsultus postulare uocat [a], hoc est, definitore Vlpiano [b], desiderium suum uel amici sui in iure apud eum, qui iurisdictioni præest, exponere, uel alterius desiderio contradicere. Quibus postulãdi ius detur, idem copiose explicat [c]. Postulandi præcepta atque utilitatem rectius & speciosius tradunt rhetores. NARRATIO AVTEM omnis quæ uel ipsius est causæ, uel rerum ad causam pertinentium, aut tota pro nobis est, ut Quintilianus existimat, aut tota pro aduersarijs, aut pro utrisq; mixta. Ea quæ causæ nostræ conciliationem dignitatemq;

Maxima rerũ momenta in narratione uerti.

a Tit. de postulãdo ff. etc.

b l. 1. §. postulare ff.

c d. t. de post. ff & C.

habet, tribus (quæ et ipsæ aliarum partium sunt cõmunes) constare debet uirtutibus, ut sit aperta, ut sit breuis, ut sit credibilis.

Narrationis uirtutes.

NVLLAM autẽ totius orationis partem cum reliqua om̃i uerborum gratia ac uenere, tum uero pſpicuitatis uirtuti ac lumine æquè conuenit illustratam esse atq; narrationem, ne eius obscuritas, uniuersæ orationi labẽ atq; tenebras aspergat. Repeti enim quæ obscurè exposita sunt, alio loco nõ possunt: & fieri iudicium de causa quæ non intelligitur, rectũ præsertim & liberũ, non potest. Quare enitendum, ut narratio sit apta ac lucida, hoc est, uerbis proprijs, usitatis, ac significãtibus, nec tamen nimium aut exquisitis, aut ab usu remotis, expolita.

Narratio breuis.

BREVIS FIT narratio, cum nec plura, nec pauciora q̃ oporteat dicimus, summã rei de qua iudici pronunciandum est, exponentes; causæq; circunstantias sic recidimus, ut nec cognitioni quicquam, nec utilitati detractum uideatur. Qua in re fugiendum, ne abrupta, hiulca, & nimiũ præcisa oratio, rerum efficiat confusionem.

Gignit enim affectata illa sermonis breuitas obscuritatem, iuxta illud Horatij: Breuis esse laboro, obscurus fio. Si tamē re⁊ & causarū ordo in longū exierit, pfuerit expositionē partitiōe, interfatiōe, ac communitione distinguere. His eñ locis breuem narrationem Cicero pro Quinto Ligario fecit.

Credibilis narratio quo modo fiat.

CREDIBILIS siue probabilis erit narratio, si personis, si temporum ordini, locis, causis ac rebus sit consentiens, & quadam cum festiuitate distincta, accommodata etiam ad id pronunciatione. Nonnunquam etiam argumento simplici ac breui ad probandum quod proposuerit, adhibito.

IN NARRATIONE ea, quæ cōtra nos est, spectanda erunt causarū genera, quò rerum circunstantiæ, causæ natura ac defensio, nostro se iudicio offerant spectanda. Vtendum colore: mitigāda quædam ac purganda, ut ostendamus reum humano quodam errore lapsum, magisq; occasione quàm peccandi uoluntate, à naturæ suæ statu in turpitudinem impulsum esse. Pleraq; etiam uerborum commutatione

eleuanda; quemadmodum Cicero stupri commercium, quod Cælio adolescenti cum Clodia intercesserat, his uerbis extenuat: Adulterũ ego putarem, si quis hanc paulo liberius salutasset?

Quę spectandain narratione.

EAM VERO expositionem, cuius pars pro nobis, pars contra nos est, ita diuidemus, ut nostra cõfirmemus, aduersa corrigamus remedijs, de q̃bus iã diximus.

ILLVD IN uniuersum spectandum, ut narrationẽ omni uerborum elegantia ac uarietate, omni uerborum gratia ac splendore illustremus: ubiq; adferamus rationem, quare et quomodo res ita facta credatur: eo tamen modo, ut narratio sit illa, nõ confirmatio. Postremò, ut narrationis finis summariam aliquam habeat sententiam, ex qua causæ constitutio emergat: quod Ciceroni peculiare fuisse uideo in oratione pro Q. Ligario. Nullum igitur habes Cæsar adhuc in Q. Ligario signum alienæ à te uoluntatis. Hinc status, quo animo Q. Ligarius fuerit [d]. Sic pro Cæcinna: Restituisse se dixit, spõsio facta est, hac de sponsione uobis iudicandum est. Atque hic status est scripti & uolunta-

Narrationis finem esse debere, ex quo status causæ eliciatur.

tis, qui qualitate excutitur. Item pro Milone post narrationis finem: Nunquid igitur aliud in iudiciũ uenit, q̃ uter utri insidias fecerit? Ex quo status nascitur cõiecturalis, in qualitate fundatus.

IN NARRATIONE uitãdas magni au- Narrationis uitia. tores præcipiũt crebras excursiones, prosopopœias, apostrophen, atque omnino argumentationem.

De egreßione. Digressio,

EXPOSITA causa, sæpe datur ad eorũ q nos audiunt, animos incitandos uel reflectendos, aut etiam oblectandos illa excursio, quam παρέκβασιν græci, latini egressum, egressionem & procursionem uocant, qua extra orationis flexum atq; decursum, in plausibilem aliquem locum, cum ipsa tamẽ causæ utilitate coniunctũ sic excurrimus, ut facilis ad priora sit accessus. Eius mihi usus, uel causa narrata, Digressionis usus. uel argumẽtis nostris cõfirmatis, uel reprehensis cõtrarijs, in singulis deniq; aut uniuersis quæstionib⁹ præcipuus esse uidetur, quoties in luxuriam, auaritiã, ingratitudinem & huiusmodi alia exagge-

rãdæ aut locupletãdæ orationis gratia di gredimur: maximè tamen, quũ atrox expositionis fuerit finis, aut asperam aliquã legem tueri, aut conuellere popularem conamur. Quod Ciceronem cõtra legem agrariam fecisse satis constat.

De propositione & partitione.

Propositio. PROPOSITIO narrationi ferè succedere solet, nisi ubi expositionis finis, causæ ipsius controuersiam proponat. Erigit enim auditores & monet, ut sese ad discendum parent: summamq́; causæ quæstionem, de qua cognitio habetur, ostendit. Præcipuè utilis in causis obscuris & multiplicibus, in quibus factum conceditur, de iure autem, aut finitione, aut qualitate quæritur. Nec semper sunt simplices propositiones, sed nonnunq̃ duplices, uel etiam multiplices: quæ si coniungantur, partitionem efficient.

Partitio. EST AVTEM partitio, definitore Quintiliano, nostrarũ aut aduersarij propositionũ aut utrarunq; ordine collata enumeratio. Hæc si opportunè adhibeatur, multũ splẽdoris ac gratiæ oratiõi adfert, iudicisq́; memoriam præcipuo auxilio cõfir-

mat. Si contrà uaria ac multiplex ſit, iam eo ipſo obſcuritatis uitio, cuius fugiendæ gratia adhibetur, laborabit. Quare & lucida, & breuis eſſe debet, ne q̄d altero ſit ſuperuacuum.

De confirmatione.

CAVSAE CONFIRMATIO ſicut præcipuam dicentis dignitatē commendat, ita omnibus in actionibus maximè eſt neceſſaria: eius naturā, & cui in ciuilibus forenſibusq; negocijs incumbat, de iureconſultorum ſententijs paucis & ſimpliciter explicabimus, ne puerorum ingenia in ipſo artis ueſtibulo, rerum quæ traduntur, difficultate frangamus, aut retardemus ſtudiorum profectū: deinde oſtendemus, quæ probationum partes, qui argumētorum loci à rhetoribus tradātur. Pueriles enim erunt rhetoricæ p̄ceptiones, niſi ad uſum forenſem & ciuilium rerum procurationem referantur. Eſt autem confirmatio, qua cauſæ noſtræ dubiæ & controuerſæ autoritatem fidemq; argumētis facimus. Hanc Paulus ſcribit ei incumbere qui dicit, non ei qui negat. Abſoluitur enim reus, actore, quod intendit, non probante: **Confirmatio**

quando is q negat, nulla nec naturali nec ciuili ratione ad probãdũ compellitur [a]. nisi forte actor euidẽti aliqua uel rerum, uel legis præsumptione munit⁹, probandi necessitudinẽ in negantem transferat: ueluti si actorẽ, quo cũ uẽditio sit cõtracta, sana mẽte fuisse ego dicam, tu neges: aut in dubiũ ueniat, unde uxor constante matrimonio magnam aliquam fortunæ accessionem honeste sibi acquisierit, præsumatur de bonis mariti eã acquisiuisse. Aut si in condictione indebiti pecuniam me accepisse confitear, tu uero eam mihi debitã fuisse neges, facit pro me quidem præsumptio, cogerisq; tuis me conuincere probationibus: quoniã causa nulla fuit uel iactandi pecunias tuas, uel indebitas profundendi: cuius rei monimẽta extant apud iuriscõsultos [b]. Vt aũt qui excipit, probare quod excipit debet, sic ipsa nonnunq̃ p̃sumptio a reo ꝑbationem in petitorẽ trãsfert, ut in pacto de nõ petẽdo, in cãcellato chirographo [c]. SED NON eadem est in oĩbus causis ꝑbationũ fides: nã in pecuniariis petitori, q semiplenam probationem habet, deferri potest iusiu-

a l. Ei incumbit, ff. de probat. l. Actor. C. e. t. l. Qui accus. C. de edendo.

b l. Nec codicillos. C. de codicil. l. Etiã si uxoris. C. de do. int. ui. & uxo. l. Cũ de indeb. ff. de prob.

c l. si pactum. l. si chirogra. ff. de prob.

randũ, nisi ꝓsonæ qualitas obstet[d]. In criminalibus uero, testes, signa, suspiciões, argumenta, ꝓbationes luce clariores esse oportet[e]. Non eñ de fortunæ & dignitatis amissiõe, sed hoĩs salute, cuius neglectio improbitatem arguit, magno iudicio agitur[f], eoq; absentem, ut ait Vlpianus[g], in criminibus damnari non debere diuus Adrian⁹ Iulio Frontino rescripsit: sed nec de suspicionibus deberi aliquem damnari, diu⁹ Adrianus Aufidio Seuero rescripsit: Sanctius eñ esse, impunitũ relinq facin⁹ nocẽtis, q̃ innocẽtẽ damnare. Quanq̃ in his quoq; legis suspicionumq; ꝑsumptio reũ uehementer ꝑmit: ut eũ, q cũ in affectati adulterij suspicionẽ uenisset, nõ tñ cum ei denunciatũ esset, ab alienis nuptijs, ab alieno amore tẽperare sibi potuit: quẽ etiam impunè occiderè leges ꝑmittũt[h]. In crimĩe sanè læsæ maiestatis, patriæ oppugnatæ uel ꝓditæ, peculatus, sacramẽtorũ desertoꝝ, falsi & eiusmodi, eadẽ probãdi necessitas incũbit tã actori q̃ reo[i]. Neq; tamẽ eoꝝ, q infamia notanť, aut qui domestici sunt ac familiares, probatio fidem autoritatemq; meretur, ni-

d l. Nõ est. ff. quod met. ca.

e l. sciant t. C. de prob.

f l. qui senten tiã C. de pœ. Addictos C. de appellat.

g l. Absentẽ. ff. de pœn.

h l. Si quis. & auth. Si quis ei, C. de adul.

i l. fallaciter. C. de abolit. l. ul. i fal. C. de falsis.

l Bar. in l. cõsensu, C. de repudi,

si in causa repudij & diuortij[l]. Quòd si par utrinque sit ꝓbationũ fides, melior habenda eius erit cõditio, q̃ præsumptione aliqua iuuatur. qua in sententia est Bartolus[m]. Breue igitur hoc sit præceptum, ut intentionem actor, exceptionẽ reus probet, nisi uel causæ natura, uel defensionis tractatio hunc ordinẽ inuertat: deinde[n], quod fori seueritas causarumque magnitudo exigit, ut probatiões, instrumẽtorum fide, testium religione, euidentissimis argumentis, nõ nuda asseueratione extra iudiciũ prolata, aut epistolis confirmẽtur.

m in l. Si duo ff. de iureiur.

n l. Non epistolis. l. Non nudis C. de ꝓbat.

Probatio artificialis & inartificialis.

ARISTOTELES probationes, in quibus tota uincendi spes est posita, alias facit inartificiales, alias artificiales: Græci πίσεις ἀτέχνους καὶ ἐντέχνους uocãt. Prioris generis sunt præiudicia, rumores, tormẽta, tabulæ, iusiurãdũ, testes, & si qua sunt alia, quæ ad oratorem à causa atque à reis deferuntur: quæ omnia summi artiũ scriptores ab arte q̃dem remota, sed magnis tamen eloquentiæ uiribus explicari contendũt. Posterioris sunt: signa, argumenta, exempla. Mihi sanè quæcunque fidei faciendæ facultatem præbẽt, præceptis &

monitis contexta, ad artis confirmationē pertinere uidentur: et cum priora illa certis præceptionibus explicentur, controuersia nulla est, quin artis sint, quoties ab eis orator probationem petit. Porrò hic uides cum omnium humanitatis artium, tū præcipuè rhetorices atq; dialectices inter se cōmunitatem: qua ueluti uinculo quodam societatis atq; naturæ cōsensione cōstringuntur. Vt ēm poësis suam à musica ἁρμονίαν, geometria proportiones ab arithmetica mutuat, astronomia ex numerorū, figurarū, ac mathematicarum dimensionum fide propendet, metaphysica naturaliū coniectura explicâtur, sic rhetorica ab academicis ingenijs subtilitatem, à dialectico argumentoꝝ sumit locos. Est ēm eadem signoꝝ, argumentorum atque exemplorum apud rhetorem & dialecticum inuētio: quæ sicut prima, & partiū omniū difficilima est, ita multa commentatione ac singulari animi iudicio parata esse debet. Perit ēm oīs omniūm studiorum fructus, nisi hanc partem summa cum diligentia ac dignitate excolamus. Nam nostris de reb⁹ bene dicere,

Artiū cognatio.

Inuentio partium omnium difficilima.

Inuentionis usum maxime esse necessarium.

aut aliorum de scriptis recte iudicare, rerumq; causas, consequutiones, differentias, ac reliquas cogitatione peruidere circunstantias, nisi ad argumentorum locos ueluti rerum indices animus referatur, non poterim⁹. Eaq; de causa & nos copiosius hāc locorū rationē explicabim⁹, felicē iuuētutis (cui hūc laborē dicauim⁹) indolē dialectici studij parte maxīa alleuaturi.

Inuentionis uis omnis in locis ē posita.

INVENTIONIS uis om̄is in locis est posita, ex quibus ueluti rerum fontibus, & uberi quadam materie, omnis orationis copia, om̄is dicēdi ornatus, oīa ad omnē orationis amplificationē inuēta emanāt: quādo nō aliud sunt loci, nisi argumētorum domicilia ac indices, quibus animos nostros p illā immensam rerum circūferamus magnitudinē: ut quid in unaquaq; re sit probabile inueniamus, inuentum deinde syllogismis circunscribamus, exēplis exornemus: ut hoc modo instructi, de rerū oīm natura, origine, ac officijs, de uirtutū ac uitiorum formis, de ciuilibus denique negocijs, pbabiliter, copiose atq; illuminatē disseramus.

Loci quid dicantur.

Locorum utilitas.

E A ENIM est locorum uel præcipua utilitas, q ingenuarū

humanarumq́ꝫ artium dignitatem illustrent, & suppeditent rerum omniũ materiam: nec eloquentiam solum affluenti rerum copia atq; hubertate alant atq; ornent, sed animos quoq; nostros pulcherrimarum rerum induant cognitione & prudentia. Primũ itaq; probationes eas, quæ ad omẽs in uniuersum ptinent quæstiones, ab ipso capite, unde om̃ia faciendæ fidei locupletãdæq́ꝫ orationis instrumẽta deducũtur, arcessemus: deinde suas singulis causaꝝ generibus assignabimus.

De præiudicijs.

PRAEIVDICIVM, quod alij pronũciatũ & res iudicatas, Cicero testimoniũ, nonnulli præiudicationẽ nominãt, est sentẽtia dicta, quæ iudicaturis exẽplũ quod sequatur, adfert: uel ut Lau. Valla definit, sentẽtia quædam ante iudiciũ: sicut si essent duo de officio aliquo cõtendẽtes, cũ lis in longũ procedit, magistrat⁹ iubet interea dũ sententiã ferat, alterũ officio fungi, quasi iudicans iam nũc pro ea se parte sentire, penes quẽ esse uult rem de qua litigat. Hoc potissimũ cõfirmatur eoꝝ qui pronũciauerũt autoritate, et reꝝ de qua-

rum natura quæritur similitudine. Refellitur autem rerum dissimilitudine, actorum negligentia, testiũ corruptione, personarũ infirmitate, & iudicis ignorantia: quem ideo etiam monere oportet, ne suam alienæ fidei condonet religionem.

NON EST magnæ industriæ aduersus præiudicia dicere, quorum etiã usus in foro ciuili, & autoritas infirmior hodie est: propterea ꝙ legibus iudicandum est, non exemplis aut præiudicijs [a]. Sunt autem duplicia: diuina, cuiusmodi sunt apud Ciceronem pro A. Milone, de Orestis facto sapientissimæ deæ sententia approbato: in Catilinam, à Iouis signo columnæ imposito pro Quin. Ligario, in Cæsaris causa deorum immortalium iudicio ac successu approbata: in oratione ad Quirites post reditum habita. Restitutum enim reipublicæ se dicit, omnibus hominibus fauentibus, dijs deniq; immortalibus frugum hubertate, copia, utilitate reditũ suum comprobantibus. Humana sunt, quæ hominũ sententijs muniuntur. Eiusmodi sunt tria illa pro A. Milone, & contra Oppianicum illa Scamandri & C. Fa

[a] l. Nemo. de sent. & inti. om. C. l. sed licet ff. de offi. præ.

bricij dãnati. IVRECONSVLTI praeiudicium in aliam quoque sententiam uidentur accipere [b]. Iisdem res iudicata, definitore Modestino, [c] dicitur, quae finẽ controuersiarum pronunciatione iudicis accepit: quod uel condemnatione, uel absolutione contingit. Quae sic appellatur, etiam si post rem iudicatam detur prouocatio, [d] propterea quod facta prouocatione fingatur pronũciatũ non fuisse [e]. Magna huius in omni causa est autoritas. Standũ enim ea uel cadendum, si reliqua iuris solennitas nulla in parte negligatur, erit litigatori [f]. Sed infirmatur rerũ ipsarum, quae in controuersiam ueniunt, personarum item, aetatis, loci & temporis circunstantijs: ut si iudex minor quatuordecim annis, sententiam dicatur pronunciasse, nisi forte uel principis autoritate, uel ex partiũ consensu minor octodecim annis, sed tamẽ maior quatuordecim, datus fuerit iudex. Non enim omnes iudices, referente Paulo [i], dari possunt ab his, qui iudicis dandi ius habent: quidam enim lege impediuntur, ne iudices sint: quidam moribus, quidam natura, ut surdus, mutus,

b. ti. de ex repu. seu. praescripto. & ꝑiudi. ff. & §. ꝑiudiciales in stit. de act.

c l. 1. ff. de re iud.

d l. litigat. C. de appellat.

e l. 1. §. ulti. ff. ad sc. turpilia.

f l. 1. ff. de re iud.

i in l. cũ ꝑtor §. nõ oẽs ff. de iudicijs.

perpetuò furiosus & impubes, quia iudicio carẽt. Lege impetitur, qui senatu motus est. Moribus, ut fœminæ & serui, non quia non habent iudicium, sed quia receptum est, ut ciuilibus non fungantur officijs. Nec contrà indefensos minores 25. annis, tutorẽ uel curatorem non habentes, uel si habeãt, & eorũ destituantur propugnatiõe, res iudicata admitti debet [l], quæ tamen in gratiã ac fauorẽ ætatis eis prodesse potest [m]. Ipsa præterea causarum diuersitas discrimen facit. nõ eñ pedaneus perinde atq; ordinarius iudex de ingenuitate, de seruitute [n], aut ciuilis cũ sit, de ecclesiastica causa iudicium facere potest [o]. Illud porrò iudicatũ, quod contra res prius iudicatas, à quibus prouocatum nõ sit, factũ dicitur [p], aut interpositũ feriatis diebus [q], aut messiũ uindemiarũq; tẽpore [r], aut in loco secreto, obscuro, & inhonesto, [s] aut præter solitũ & legitimũ iudiciorum ordinem, uel quod nullam deniq; absolutionem uel condemnationem contineat, uim omnẽ autoritatemq; amittit [t]. Sanè eius, qui iurisdictionẽ nõ habet, sententiã nullã esse, dubitationẽ non habet.

l l. acta §. cõtra ff. de re iud.
m l. nõ eo C. de procu.
n l. 2. C. de pœn. iudi.
o. in aut. §. si uero, ut clerici apud. pro episc. coll. 6.
p l. 1. C. quando .p. non est necess.
q l. si feriatis ff. de ferijs.
r l. 1. eod.
s l. cũ sent. C. de sent. & int.
t l. ꝑses C. eo.

Ex falsis quoq; tabulis, uel testibus corruptis, aut præuaricatione, doloue malo cõmisso res iudicata oppugnatur[u]. Non libet hic iurisconsultorũ cõmentarios explicare, in quibus multa in hanc sententiã extãt scripta. PRODEST autem iuuẽtutẽ his potius, q̃ cõmunibus rhetorũ præceptionibus assuescere. Firmissima enim hinc sumũtur argumẽta. REFERVNTVR ad hunc quoq; locũ clarorũ uirorũ graues sententiæ: quẽ alij locum AB AVTORITATE nominant, ab eoq; tantum affirmatiue argumẽtum duci putant. Dominatur hic in rerum naturaliũ historia, in ecclesiasticis disputationibus, in legibus, consuetudine, maiorum institutis, cæterisq; ciuilibus reb⁹ [x]. Bartolus [y] quoq; ab eo fidem probationemq; causis confirmãdis parari scribit. Apophthegma quoq; & prouerbia in hunc locum coguntur, quæ Aristotele autore publica quædam sunt testimonia. Nam Cicero Asiaticorum leuitatem atque perfidiam comprobauit his prouerbijs: Phrygem plagis fieri meliorem, In Care periculũ, Mysorum ultimus, Lydus seruus &c. De

u l. nulli C. e. l. 1. C. si ex falsis.

x l. si pater ff. de solutio. l. septimo ff. de statu ho. &c.

y l. in tacitũ ff. de re. diui.

Lydorum astutia, perfidia, delicijs multa scribit Athenæus lib. 12. & Eras. in chil.

De *rumore & fama*.

Fama & rumor p se non ꝓbāt, sicut nec suspicio lib. 3. de noto. cri. § 5. nu. 5. fo. 102, ex Speculatore.

FAMA ET RVMOR ciuitatis consensu & publico ueluti testimonio confirmantur. Sicut enim fama plenam rebus controuersis probationem fidemq́; nō facit, ita tamen multorum confirmata testimonio, ac consentiens rei de qua quæritur, fidem prope confirmat, ac iustam etiā credendi causam interdum præbet [a]. Refelluntur autem uana hominū credulitate, falsaq́; opinione, nec ulla suspicione munita, quæ ferè semper humanæ mētis imbecillitatem in errorem torquet atq; flectit. Habes exemplum apud M. T. Ciceronem in oratione pro Planco.

a l. proprietatis. C. de probar. l. de minore. §. plurimū, ibi Bar. l. 3. §. eiusdē. ff. de testi. l. admonendi. ff. de iure iur. l. ult. ff. de hær. instit. &c.

De *tormentis*.

Tormenta.

TORMENTA qui confirmant, ueram fatendi necessitatē illis attribuunt: qui dissoluunt, nulli dolori fidem esse adhibendam contendunt. Gubernat enim tormēta dolor, moderatur natura cuiusq; tū animi, tum corporis; regit quæsitor, ut inqt Cicero, flectit libido, corrumpit spes, infirmat metus, ut in tot rerum angustijs ni

hil ueritati loci relinquatur, iuxta prouerbiũ: MENTITVR in carcere, qui dolorem pati poteſt: mentitur, qui dolorem pati non poteſt. Nam aliȷs infirmitas mendacium parit; aliȷs patiẽtia, criminis intercludit confeſſionem; ideoq; Leænam meretricem horrẽdis excarnificatam tormentis, nõ tamen indicaſſe Harmodium & Ariſtogitonem tyrannicidas; Anaxarchum præſectam dẽtibus linguam in os tyranni expuiſſe, unicũ indicij remediũ, graues autores ſcribunt. Ageſilaus ſane præpotens ille Lacedæmoniorũ rex, quũ uideret inſignem graſſatorem ſcelerum conſcientia obſtrictum, nulla tormentorum ui ad peccati confeſſionem adduci poſſe, dixiſſe fertur, difficilẽ & lubricam eſſe tormentorum rationẽ, ſed eos tamen inſigniter eſſe infelices, qui ob res flagitioſas tantum corporis cruciatum incredibili patientia perferant.

Leæna meretrix.

Anaxarchus

QVATENVS AVTEM fides queſtionib[9] adhibẽda ſit, q torqueri, & qua in cauſa debeant, prudenter & inſigni humanitatis ratione docet Vlpianus [a]. Quæſtioni, inquit, fidem nõ ſemper, nec tamen nũq̃

a l. i. § Quæſtioni. ff. de quæſt.

habendam constitutionibus declaratur. Etenim res est fragilis & piculosa, & quæ ueritatẽ fallat. Nam pleriq; patientia siue duritia tormentorum ita tormenta contẽnunt ut exprimi ab eis ueritas nullo modo possit. Alij tanta sunt impatientia, ut in quouis mentiri q̃ pati tormẽta uelint: & ita fit, ut etiam uario modo fateantur, ut nõ tantũ se, uerumetiã alios criminentur. Præterea inimicorũ quæstioni fides haberi non debet, quia facile mentiũtur: nec tamen sub prætextu inimicitiarũ detrahẽda erit fides quæstioni, sed causa cognita, habenda fides aut non habẽda. Præstat itaq; eã in quæstionibus adhibere moderationẽ ac prudẽtiam: ut ei, qui de suo facinore nullis tormentis excarnificatus fateatur, fidem non semper habeamus[b], propterea quòd tormentorũ formido ac imbecillitatis conscientia, eiusmodi confessionem extorquere posse uidentur: & diuus Seuerus rescripsit[c], reorũ confessiones ita demum pro exploratis facinoribus haberi oportere, si qua probatio cognoscentis instruat religionem. Non enĩ in quæstione, quæ uaria sæpe est ac incer-

b l.i. §. Si qs ultro. ff. de quæst.

c l.i. §. Diu. e.t.

ta, fides iudicumq; religio constituenda, sed argumentis causa, signis & suspicionibus erit examinanda [d]. Qua in re plurimum ad excutiendam ueritatem momenti habet uox ipsa, quæ tacitus animi index est, diligens atque sobria iudicis cognitio: & qua animi magnitudine ac constantia, qua fide aut trepidatiõe dictum quid sit, quá ue existimatione & cõscientia, in quẽ habita fuit quæstio, apud suos sit ciues, diligenter & multa animi prudentia obseruasse [e]. Non enim temere, & pro accusatoris ex inuidia aut odio laborantis libidine, in quemlibet exhibenda erunt tormenta [f]. Nam de libero homine pro testimonio non uacillante, de minore quatuordecim annis [g], de decurionibus & eorum pronepotibus, de principibus uiris [h], de militibus [i], de muliere grauida facta, aut puerpera, nisi post quadragesimum purgationis diem [k], haberi quæstionẽ non oportet, nisi in læsæ maiestatis crimine, in quo nemo quæstionibus eximitur [l], neq; quos aduersarius de domo sua produxit, ad tormenta admitti debent [m]. Porrò de seruorum quæstionibus multa

d l.1. §. Iisdẽ Cornelio l. unius facinoris §. in ea causa & Bart. in l.1. ff. de q̃stio. l. Ex libero homine §. De minore e. t.

e l. de minore §. plurimũ ff. e.

f l. de minore §. tormenta l. q̃stiones ff. de quæstio.

g l. Ex libero §. 1. ff. de q̃st.

h l. decuriões l. diuo Marco C. e.

i l. milites C. eod.

k l. prægnantis, & ibi Bar. ff. de pœnis.

l l. de minore ff. eo t. l. null. C. ad l. Iul. ã maiest.

m l. 1. §. ad q̃stionem ff. eod. t.

passim extant [n], quorum usu quoniam fere excidimus, nihil attinet hic ea referre. Nunq̃ enim sine grauibus suspicionibus & argumentis in criminalibus causis aduersus domini caput de ijs quæstio habetur [o]. In crimine uerò læsæ maiestatis, fraudati census, adulterij, homicidij & ꝑditæ Rom. po. salutis, permittitur ut sine signis, argumentis & suspicionibus de ijs quæstio habeatur [p]. Suspicionem autẽ in criminalibus causis (nã in pecuniarijs ita demũ de seruis etiã alienis haberi potest quæstio, si aliter inueniri ueritas, nisi per tormenta nõ possit [q]) mouere potest unus testis [r], extatq; diui Augusti edictum [s], ne omni in causa & persona adhibeantur tormenta, sed cum capitalia & atrociora maleficia aliter, atq; per quæstiones inuestigari non possunt: quarum moderationem iudicem habere oportet, ut qui torquetur, saluus sit uel innocentia, uel supplicio [t]. ac proinde utilissimũ esse ab Vlpiano traditur [u], suspectissimum quenq; & grauibus suspicionibus pressum, q uerum fateri queat, primũ torquere, ac ita interrogare, ne quenq̃ nominatim ꝑstrin

n ff. & C. de q̃sti. & ibi docto.

o l. ff. & C. eod.

p l. uix cer. ff. de iud. l. famosi ff. ad l. Iulia. maiest.

q l. diuus Pi ff. de q̃stio. l. interrogari C. e.

r Azo. & Bar. in l. unius §. iudex ff. e. t.

s l. edictũ ff. eo. Bar. Ci. & Quintil. li. 5.

t l. Quæstiones. ff. e. t.

u l. i. ff. e. l. Quoties C. de naufra. lib 11. & ibi Bart.

gamus, aut ſuggeramus potius, quàm requiramus[x], in quam ſententiam & diuus Adrianus reſcripſit.

De tabulis.

TABVLAE SIVE inſtrumenta, ſunt ea omnia, quibus cauſa inſtruitur, quorũ appellatione etiã teſtes cõtinentur[a], qui cauſam nõ aliter atq; tabulæ inſtruũt[b], licet aliud quoq; eo nomine doctores in municipalibus ſtatutis ex cõmuni dicẽdi uſu intelligant[c]. Eadem enim in exercẽdis litibus eſt teſtiũ & inſtrumẽtorum fides[d], paucis aliquot cõtractibus exceptis, in quibus neceſſaria omnino eſt inſtrumentorũ approbatio[e]. Sed inſtrumenta, quæ hic nobis ſcriptura & tabulæ dicunt, ſunt uel publica, uel priuata, uel forẽſia, uel ab aduerſario, publicove archiuo fortè aut grãmatophylacio prolata[f]. PVBLICA inſtrumenta nullo externo auxilio communita, probationis uim atq; fidem in iudicijs habent[g], ſi ipſum ἀυθεντικὸν quod uocant, id eſt, ſcriptura autoritate publica conſignata, quæ uulgò originale dicitur, nõ autem illius uel index, uel exemplum proferatur[h], modò non eius autoritatem

x l. i. §. qui quæſtionem ff. eo. & ibi Bart.

a l. i. ff. de fide inſtru. & i auth. eod. t.

b. l. Notionẽ §. inſtrumẽtorum. ff. de uerb. ſign.

c Imo i rubr. extra q fide inſtru.

d l. In exercẽdis. C. e.

e Accur. in l. 2. Pactum C. de pact. & Io. An. in c. i. de cenſi. lib. 6.

f l. Ad hæc C. de fide inſt.

g §. Si uero in auth. eod. col. 6.

h l. Quicunq; & glo. ff. eod.

aduersarius eleuet, aut calumniosam esse scripturam probet[i]. Itaq; is qui instrumentũ producit, eius fidem qui destruit, calumniam probare debet[k]. Productum autem semel instrumentum, cuius specta ta fuerit fides, nõ aliter referre debet, atq; aduersarius iurauerit se posse & uelle calumniã in instrumẽto edito probare: quo modo qui instrumentũ produxit, ne pro falso habeatur, referre illud cogitur: nisi forte incendij conflagratione, fortuitove casu aliquo, nullo suo dolo malo absumptum iuret, aut definitiua interposita fuerit sententia[l]. Fit autem instrumentis publicis fides uel derogatur, aut testib⁹, aut literarum collatione. Testes aduersus publicum instrumentum non admittũtur, nisi magnæ existimatiõis, & numero sint plures tribus[m]. Nã præsumptio iuris & de iure, instrumenti fidem commendat[n]. præferturq; quibusdam in causis instrumentum publicum duobus aut tribus testibus[o]. Literarum uero collatione olim instrumenta in uniuersum, hodie uero pro parte aliqua uel approbantur, uel reijciuntur, Non enim firmam literarum

i l. Si uteris C. eo.
k l. fi. C. e.
l l. fi. & l. Sicut iniquum C. eod.
m l. cũ ꝑcib⁹ C. de ꝓbat. & Azo.
n §. Si uero mo. in authẽ. e. col. 6.
o l. Si alteri⁹ C. fi. misc. ma di. l. Generaliter C. de nõ nu. pec. l. testiũ C. de test.

collectio fidẽ sine testibus facit, propterea quod scriptura ætatis, ualetudinis, calami, & atramenti uitio mutata, non eandem ubique retinet similitudinem p. ac proinde tabellionis & quorum attestatione tabulæ consignatæ sunt, confessione atque iudicio standum est, aut illis mortuis uel absentibus, faciunda literarũ collatio.

p §. Nouim. in authen. co col. 6.

PRIVATA autem instrumenta, quæ chirographa Asconio Pædiano dicuntur, quòd in ijs, quæ gesta sunt, priuatim scribi soleant: aut attestatio, seu annotatio, si nullis alijs adminiculis iuuentur, fidem probationemq; sola non faciunt q, præsumptionem tamen aliquam gignunt r. quare ut literarum fiat collatio, proferri debet triũ testium consignatio: aut lis dirimi duorum uel trium testium iureiurando, quam sententiã Azo & Bartolus approbant. EADEM ferè est ratio instrumentorum forensium, quæ in iudicio fiunt & acta appellantur: eorum item, quæ utrinq; proferuntur, ut sunt acceptilationes, Græci ἀποχὴν καὶ ἀντιποχὴν, nonnulli etiam αὐτόγραφον appel

q l. Instrumẽta C. de ꝓbat

r Bar. in l. ad monẽdi.

lant,& quæ ex publico archiuo promuntur; quorum omnium tractatio in lib. C. 4. extat[s]. Quoties igitur eiusmodi instrumenta & testium fide, & literarum collatione probantur, plenissimam merentur fidem[t]. Si uerò per testes tantùm, aut solam literarum collationem confirmētur, semiplenā faciunt fidem[u]. Si nec testium fide, nec literarū collatione probentur, nihil præter præsumptionem adferūt. idq; ideo, quod falsi pœna & infamia, collatiōisq; animaduersio, ne falsa instrumenta producantur, optimum quenq; deterrere posse uidentur. Et quoniam priuata scriptura, referēte Bartolo[x], aut apocha est, aut epistola, aut rationarius libellus, adhibenda hæc cōsilij ratio, ut quod in rationario libello contra scribentē consignatū sit, plenam apud nos fidem mereatur[y]: quod pro scribente facit, si illud ex mera illius uoluntate depēdeat, fidē q̄q; habeat[z]. Cōtra uero, fidē non faciat: quoniam exemplo, ut ait ille[zz], perniciosum est, ut ei scripturæ credatur, qua unusquisq; sibi annotatiōe propria debitorē cōstituit. Incidunt etiā loci cōes de signatorū aut scelere aut ignorantia.

s l. cōparationes C. de fide instru. Bar. in d. l. admonendi ff. de iureiuran.

t Bart. in d. l. admonēdi.

u §. si quis igitur in authē de instr. caut. & fid.

x in l. d. admonendi.

y l. Quædam §. Nūmularios ff. de edēdo & ibi glo.

z l. Nisennius ff. de nego. gest.

zz l. Exēplo C. de probat.

De iureiurando.

IVRISIVRANDI religio expediendarũ litiũ maximũ eſt remediũ, quoties ex litigatorũ pactione, uel iudicis autoritate cõtrouerſiæ deciduntur [a]. delato enim actori uel relato iureiurãdo ſimul atque iuſiurandũ ſuſceptũ uel relatũ ſit, actio in factũ datur [b]. nec aliud quæritũ q̃ an iurauerit [c]. Et quãdo certa quædã ſunt finiẽdaꝶ litiũ remedia, res iudicata, ſentẽtia arbitri [d], tranſactio, litis renũciatio, cõſtitutum finiendæ litis tempus [e], & iuſiurandũ, cuius etiã maior q̃ rei iudicatæ eſt autoritas [f], propterea ꝙ minor ætate nõ reſtituitur cõtra iuſiurandum præſtitũ, ſed cõtra rem iudicatã [g], facilè liquet quãtus huius ſit uſus. Eſt aũt triplex iuſiurandũ: uoluntarium, iudiciale, neceſſariũ [h]. quæ tria ueritatis dicũtur iuramẽta, nec remittũtur uel parentib9, uel patronis [i]. Ac ꝑin de cui res, ꝓpter quã iuratur, non liquet, petere poteſt ad rẽ ingrendam, dilationẽ, & ut iuſiurandũ interea, dũ certior fiat, ſibi remittatur [k]. Eſt & iuſiurandũ in litẽ, quod ad quandam affectionẽ ꝑtinet, & à ſolo iudice defertur: nã ſi alius detulerit,

a l. 1. ff. de iureiur.

b l. Actori C. eod.

c l. quod ſi ff. de do. malo. §. Itẽ ſi quis Inſtit. de acti.

d l. 1. ff. de re iudicata & l. poſt rẽ iudicatam e.

e l. iuſiurãdũ l. poſtq̃ C. de pactis l. ꝓperãdũ C. de iudi. l. fi. C. ut intr. cer. tẽp.

f l. d. Iuſiurandum.

g to. t. C. ſi aduerſ. rẽ iudic.

h glo. l. 1. C. de reb. credẽ.

i l. q̃ties eod.

k l. Iuſiuran. & ad e.

l l. uideamus § 1. ff. de in litē iurand.

m l. 1. C de iure calū. l. iusiurādum §. Qui iusiur. ff. eod.

n l. Iusiur. q̄d ex l. Admonēdi in fi. ff. e. t.

o l. delata l. generaliter C. e. t.

p nō obstat l. manifestæ ff. e. aut. Bar. & ꝓbatur l. genera §. 1. eo.

q Bar. in l. generaliter. §. sed iuramento C. e. sed diuersū scribūt P. & Azo. in sum.

r in fi. d. §.

nulla erit religio l. Aliud quoq; iusiurandum est calumniæ, quod nonnunq̄ omnibus, semper uero parenti & patrono remittitur m. Iusiurandū VOLVNTARIVM ex litigatorum uoluntate extra iudiciū uel suscipitur, uel refertur, uel recusatur, retractatur aūt nunq̄ n. IVDICIALE iusiurandū ante sententiá definitiuā, in iudicio à litigatorib' defertur atq; refertur o. quod etiam recusari ob causam potest p. Si tamen is iusiurandū detrectet, cui relatum est, cōdemnari eum oportet, tanq̄ nulla de causa & ueluti conscientiæ metu ac religione perterritum, detrectantem, aut sua uoluntate remittentē. At si is cui defertur, iurare nolit, debet de iudicis sententia definitiuè damnari uel absolui, idq; præcipuè si causa uniuersa ex iurisiurandi religione dependeat: aut interponi sentētia interlocutoria debet, si litis causæq; pars solū aliqua ꝓducatur. Datur tamen dānato prouocatio & prouocatiōis cognitor iudex, cui reus detrectati iurisiurādi causam iustā cogitur probare q. Hoc certe ad animi iudicium referendum esse monent Bartolus & Accursius r, eum sci-

licet, secundum quem in prima causa lis data est, si post prouocationē ijsdem usus probationibus causa cadat, ac primæ sententiæ iniquitas appareat, cogit tanquam temerarium & improbum litigatorem damnum & impensas litis inferre aduersario: nisi tamen nouis usus dicatur probationibus, quo modo suum quisq; sumptum facit [s]. Qui iudicio sisti ob ætatis affectæ ualetudinem, aut aliud naturæ negociorumq; iustum impedimentum non possunt, ad eos mitti debet, ut soléni actorum contestatione iusiurandum, uel suscipiant, uel remittant, seruata eadem quam dixim⁹ appellationis lege [t]. Paulus rescripsit [u], ad personas egregias, eosq; qui ualetudine impediuntur, domū mitti oportere iusiurandum. Non tamē referri semper potest, ut in rerum amotarum, furti, cæterisq; famosis actionibus [x], nisi id certis in criminibus permittatur [y]. Sed iusiurandum, quod aduersario detulimus, pro bationis fidutia reuocare, anteq̄ iuratum sit, possumus: repetere, cui semel renunciauerimus, non possumus [z]. Retractari nō nisi uno in casu legibus permittitur [a].

s Io. And. in c. iuris ignorãtia de reg. iur. li 6. Bart. in l. Properā. C. de iudic.

t l. gñalit §. his p̄sentibus & Bar. C. de re. cre. & iure iuran.

u l. ad p̄sonas ff. e. t.

x Azo. & Accurs. in l. dela ta C. e.

y Bar. in l. lex Corn. § hac l. ff. de iniur.

z l. Si quis C. eod.

a l. Quidā. C. e. l. de his cōtr. C. de trāsactio.

NECESSARIVM iusiurandū sicut autoritate iudicis defertur, ita retractari, nisi uno in casu, nō potest[b]. Huius magnus est usus in bonæ fidei & stricti iuris contractibus, in delictis & quasi delictis, & quandocunq; probationum inopia, per iudicem causa cognita, controuersias dirimi oportet[c]. In criminali iudicio capitisq; discrimine, non perinde atq; in pecuniarijs popularibusq; causis iusiurandum defertur[d], quod & suprà notauimus: nisi criminales actiões ciuiliter intendantur, aut eiusmodi iusiurandum ad confirmandam rei innocētiam deferatur[e]. Deferre iusiurandū non potest pupillus, furiosus, prodig⁹[f], procurator reipub. sine speciali mandato[g]. Iurare tamen omnes, quibus iusiurandū defertur, possunt citra discrimen uel ætatis, uel sexus, uel status, & sine ulla piurij uel suspicione uel animaduersione: propterea ꝙ is qui defert, contētus eo fuisse uidetur. Extāt in hanc sententiam insignes cōmentarij Antonij de Petrutia, cuius gloriæ atq; iurisprudentiæ professioni nup, publico omniū bono, successit LVDOVICVS DE

b l. admonendi, ff. eod.

c l. in bonę C. eod.

d l. qui sentētiā. C. de pœnit. l. ult. de probat.

e Bar. in l. admonēdi. l. prę sente. §. sicubi. C. de ijs q ad ecclesi.

f l. iusiur. §. pupillus. l. tutor. §. prodigus. ff. eod.

g l. procurator. ff. de procurat.

PETRVTIA: quo in uiro magna quædam & mirifica laudis excellētia est, dignitas illustris, ac multiplex ingenuarum artium cognitio: sed nulla eius laus illustrior fingi potest, q̃ quod ocium pro laborante legum studio deuoueat suum.

De testibus.

MAXIMAM probationis uim & hodie necessariam, in criminalib⁹ pecuniarijsq; causis à testium religione sumi constat [h]. SVNT AVTEM testium alij uolũtarij, alij publica denunciatione ad testimonij dictionem impelluntur. Producturus testes uoluntarios, diligenti eos ac uaria domi percontatione ad omnem animi magnitudinem informabit, ne qua simulatatis, ne qua ambitionis, ne qua animi uindictæ appetentis subsit suspicio. Docendi etiã iudices, nullã esse firmiorem probationem, q̃ quæ hominũ sit conscientia confirmata. Detracturus contrà testibus fidem, à personarum conditione, spe, uoluntate, patria, natione, causis inimicitiarum testimonium eleuabit, coniecta graui inuidia, ueluti in testes fortuna egẽtes, uita turpes, existimatiõe damnatos, auda

h to. tit. de testibus ff.

cia furentes,non autoritate, non uitæ religione, sed largitione, sagina, ac nocendi cupiditate productos. Permisit hoc sibi in propugnatiōe Lucij Valerij Flacci Cicero, ut eorum perfidiam, leuitatem, & mores perditissimos in dandis mutuò testimonijs damnaret. Pro Marco Fonteio omnem ferè fidem autoritatemq́ Gallis derogat: exemplo etiam Marci Aemilij, Marci Aquilij, Lucij Cottæ, itē Catonis & Scipionis in oratiōe p Muræna, ostendēs ob cupiditatis atq; iræ suspicionem, non esse testibus omībus fidem adhibendam. Calistratus quoq; iureconsultus testium fidē, cōditionē, uitam anteactā, fortunam, existimationē, atq; dignitatē diligenter exquirēdam esse præcipit[a]. Neq; em̄ omībus testimonij dictio est, ppterea q̄ alij iudicis autoritate, alij legib9 in reū testimoniū dicere prohibentur[b]. & ipsa psonarū dignitas atq; ueneratio, lubrica item cōsilij ratio, uitæq́; turpitudo & infamia à testimonij dictione quosdā arcet, eoq́; testes infames oēs p̄ter hæreticos[c], existimatione damnati (nisi in causa fortè pecuniaria cum tormētis exaudiantur[d])

a l. 3. ff. de testib.

b l. 3. §. lege. eod. titu.

c l. quoniam C. de hæred.

d l. quæstum ff. eod. t.

gratia aut largitiōe corrupti, impuberes & minores 20. annis[e], pater in causa filij, & huius in causa patris nisi in peculio castrensi, facto à filio ante missionem testamēto, cuius pater testis esse potest[f], serui homines[g], mulier in testamento, executores negociorum ac præsides in causa, cui patrociniū præstiterint[h], testes domestici & capitali odio nobiscum diffidentes, ignoti & obscuri homines[i], nullam testimonij habent dictionem, nisi in maiestatis crimine, in quo omnes omnino ad testimonium prouocantur, & si res exegerit, torquentur[l]. In causa propria præter legatarium & fidei commissarium, testis idoneus nullus esse potest[m]. Matris & auiæ professio in causa liberorum, cum de ætate quæritur, recipi potest, non tamen testes habentur[n]. Porro Paulus rectè annotat[o], lege Iulia & Papia iudiciorū publicorum caueri, ne inuito denuncietur, ut testimonium litis dicat aduersus socerum, generum, uitricū, priuignum, sobrinum, sobrinā, sobrino, sobrinaue natum, eosq; q propiore gradu sunt. Item nec liberto ipsi⁹ liberorumue eius, parentū, uiri,

e l. In testim. ff. e. & iiij. q. ij. c. 1.

f l. qui testa. §. 1. ff. de testa. l. Parentes C. eod.

g quoniam liberi. C. eod.

h l. mādatis. ff. eod.

i l. etiā. C. eo. l. pridē. C. de quęst. l. Respiciēd. §. furta ff. de pœ.

l l. de min. ff. de quæst.

m l. Null⁹ ff. e. l. fi. C. de fidei com.

n l. Etiam ff. de prob.

o l. leg. ff. eo.

uxoris ue. Item patroni et patronæ aduersus libertos, neq; liberti aduersus patronos cogantur testimoniũ dicere. Scæuola quoq; tradit [p], inuitos testimonium dicere non cogi senes, ualetudinarios, milites, & quicunq; cum magistratu reipub. causa absunt, uel quibus uenire non licet. Quorum autẽ semel ad causam nostram confirmandam usi sumus testimonio, eorum eleuare autoritatem, nisi graues inimicitiæ post litis contestationem ortæ, aut largitio facta euidẽtissimis argumentis probetur, nulla ratione possumus [q]. Ante omnia igitur sobrium, integrum, & prudentem iudicem pertractare animo oportet, quibus testibus fides sit adhibenda, quæ in testimonio dicendo religio, qua quisq; animi fiducia litis testimonium dicat. quod quũ diligentissimè præcipiăt M.T.Cicero & Quintilianus, tum pulcherrimum in eam sententiam extat rescriptum diui Adriani [r] ad Valerium Varum in hæc uerba: Quæ argumenta ad quẽ modum probădæ cuiusq; rei sufficiant, nullo certo modo satis diffiniri potest. Sicut non semper, ita sæpe si-

p l. Inuiti. ff. eod.

q l. etiam ff. de prob.

r l. Testium. §. eiusdem. ff. de testi.

ne publicis monumentis cuiusq; rei ueritas depreheditur. aliàs numerus testium, aliàs dignitas & autoritas, aliàs ueluti cõsentiẽs fama cõfirmat rei, de qua quærit, fidem. Hoc ergo solũ rescribere possum summatim, non utiq; ad unam pbationis speciẽ cognitionẽq; statim alligari debere: sed ex sententia animi tui te æstimare oportere, qd aut cui credas, aut parũ pbatum tibi opinaris &c. SED quot testes pduci possint, à multis quæri scio. Et constat diuturnam patriæ cõsuetudinẽ, quæ ferè pro lege obseruat, nõ leuem habere autoritatẽ. Receptius tñ est, duos in quaslibet causa sufficere testes[s], in facto præsertim alieno[t]. Sed hoc quoq; causa mutat. Nam in solutiõe debiti scripto comprehensi, in confessione solutionis, in mortis causa facta donatione, in codicillis, in testamento rustici, et omni ultima uoluntate, quinq; exigũtur testes[u]. In testamento cæci, octo; in cæterorũ testamentis septem frequẽtius adducũtur testes[x], quos ut suã fidẽ interponant rogare oportet. Nonnunquam trium testium firmissima est fides[y], sicut in casu uno quindecim re-

r l. diuturna, ff. de leg.

s l. ubi numerus ff. e. et ibi doct. c. relatũ de testim.

t Alexan. l. 2. absens. ff. si ex nox. causa ag.

u in Auth. § Et licet. e. l. fin. C de testam.

x l. Hac consultissima. §. 1. C. de testam.

y l. ult. C. ff ecr. pet.

quiruntur[z]. Vnius certe testis asseueratio præter suspicionem, non magnam facit fidem[a]. Omnes autem testes produci post litem contestatam debent, nisi hunc ordinem casus inuertat[b], & antequam litis testimonium dicant, iurisiurandi religione obstringi[c]: qua tamen episcopus eximitur[d]. Potest & de uoluntate ac consensu partium iusiurandum remitti: aut si controuersia sit de uentre inspiciendo[e]. Non autem temere quod quisque audierit, in probationem erit assumendum: nisi in contractibus et obligationibus, quid quisq; audierit uiderit'ue, id coram iudice à se animaduersum esse testetur[f]. Postremo illud in omni causa obseruandum erit, si testes utrinque producti diuersa et secum pugnantia dixerint, habendam dignitatis rationem, sequēdaq; ea esse, quæ uerisimiliora erunt[g]. Si oĩa ad famæ dignitatis prædicatiōem sint paria, sequendum maiorem testiũ numerum[h]. Si quis copiosiores huius argumenti commentarios expetat, habet Bartolum, quo nemo diligentius hanc rem tractauit.

z l. unicuiq;. C. de prox. sacro. scri.

a l. Iurisiuran di. C. de testi.

b in auth. §. quia uero. eo.

c l. Iurisiuran di. C. e.

d auth. Sed iudex. C. de epi scopis & cler.

e l. 1. ff. de uēt. insspic.

f l. testium C. eod.

g l. ob carmē. §. si testes. ff. eod.

h l. 3. §. eiusdem. ff. eod. t.

De probatione artificiali.

ARTIFICIALIS probationis partes sunt: signa, argumenta, & exempla. Signorum alia sunt necessaria, quæ Græci uocát τεκμήρια: ex quibus euidentissimæ demonstrationes atq; syllogismi, Aristotele autore, deducuntur. Tales sunt, mortuum esse qui non spiret, ægrotare eum q febricitet. Referũtur em̃ ueluti particularia ad uniuersalia. Alia aũt sunt necessaria, quæ Græci σημεῖα ἢ εἰκότα, Latini uestigia, consentanea, et uerisimilia uocant. Huius generis sunt, cædem ab eo factam, cuius uestis sit cruẽta: & qa pauper sumptuose uiuat, furto eũ & rapinis obstringi. Hæc perinde fidem faciunt, atq; externis adiuuantur auxilijs. Nam ut sola dubitationem non tollunt, ita cæteris adiuncta argumentis, efficiunt, ut, quæ suspecta erant, certa uideant. Sed quemadmodum singula ad pbandũ infirma sunt, ita cõiuncta graue mouẽt suspicionẽ. Nam quæ nõ psuntsingula, ut ait Ouidi⁹, multa iuuãt[a]. Hincsigna affectati regni, popularis illa frumenti largitio Spurij Melij: innocẽtiæ atq; pudicitiæ, nocturnæ lucubratiões Lucretiæ apud Liuiũ, Antiphilę

Artificialis probatio.
Signa τεκμήρια.
Signorũ uis in testium examinatione. lib. 1. de test. §. 7. nu. 4. fo. 125. Specul.
a l. Instrumẽta. cũ. glos. C. de probat.

Inuicta Ro. populi fortitudo.

apud Terentium. Ex signis collegit Pyrrhus Epirotarum rex inuictam populi Romani esse fortitudinem, quod prælio collisi, grauibusque belli offensionibus afflicti & profligati, omnia uulnera aduerso pectore accepissent: quod hostibus suis plerique immortui, quod omniũ in manibus crueti enses, et relictæ in uultibus minæ, et ueluti exardescens in ipsa morte ira atque ferocitas conspicerẽtur. Rodolphus Agricola signa ad locum adiunctorum, siue contingentiũ refert. Quintilianus signa ab argumentis separat, quod illa signa τεκμήρια, quæ perpetuò sunt certa, nequeant esse argumẽta, quorum usus solum sit in reb⁹ controuersis: aut si incerta sint, ueluti εἰκότα, argumentis egeant.

Signa magnã existimandi materiã præbent.

MAGNAM sanè existimandi materiam signa præbent, nõ solum in criminalibus actionibus, sed etiam in medicina atque mathematicis disciplinis: præcipuè tamẽ in physiognomia. Nã sicut frons parua modestiæ, magna desidiæ, rotũda iracundię, lata leuitatis est index: ita oculis humanæ mẽtis imago tanquam tacitus animi sensus exprimitur: eoque contractiores, mo-

ntegritatem, oblongi uitæ insolentiam, mobiles inconstantiam arguunt. Habent & sua supercilia ac nasus indicia: quæ animaduertisse uidetur Cicero in oratione in Pisonem. Signis quoque adulterij suspicio augetur[a], quorũ complexum amplius explicant Hostiensis[b] & Angelus[c], Bartolus[d] quoq; et Baldus[e] eorum usum, et quam fidẽ probationémque in forensibus actionibus faciant, longa disputatione declarant.

a l. si hi qui, C. de adult.

b in sum. de filijs presby. §. 1.

c in tract. malefic. in glos. uerbi, comparuerunt.

d in l. 2. ff. de fur.

e in l. si extra ne*. ff. de cõd. caus. data cau. non seq.

De argumentis.

ARGVMENTORVM loci alij ad personas, alij ad res siue negocia pertinent. Horum rursus alij sunt interni, alij externi. Nos naturæ ordinem sequuti, psonarum locos prius recensebimus: nam eos à dialecticis ferè præteritos uideas: partim quòd ciuilibus in causis frequentius tractetur, ueluti oratorum proprij: partim etiam, q nullá necessariá demõstrationibus fidẽ probationemq; faciãt. In utrisq; sane magna est utilitas uel ad animi iudiciũ, uel rerũ cognitionem parandá. Cum enim ciuiles actiones in rebus atque personis uersentur[f], & in propositionibus,

Argumenta alia rerũ, alia personarum.

Malè à dialecticis personarum argumenta negligi.

f Inst. §. oim de actio.

quibus argumenta accommodantur, per sonæ ponantur, non potest nō utilissimā in omni genere dicendi, nedū forensibus actionibus, eorum cognitio esse g.

g l. idem Cornelio ff. de quęst. l. unius facinoris. §. unius. ff. e. l. qui fine. ff. e. l. 1 C. de testi, & l. 3, cod.

Sunt itaq; psonarum argumenta:
- Genus,
- Natio,
- Sexus,
- Aetas,
- Educatio,
- Habitus,
- Fortuna,
- Studia,
- Commotio animi,

Genus.

Genus.

MAGNAM ad honestè turpiterq; uiuendum occasionem materiamq; præbet genus, ppterea quod eorū ferè, quorū induimus naturā, mores referimus. Sicut enī in iumētis uirtutis cōmendationē adfert parētum uel magnitudo, uel laterum firmitas, pernicitasq;, uel corporis pulchritudo: ita etiā in hoībus, parētū nobilitas magnā laudis nobilitatem liberis parit. Frugi enī esse filium, q probo parente sit prognatus, iureconsulti præsumunt[h].

h §. ppterea in auth. t. de referenda fac. pall. col. 2. in can. si quis cū militib[9]. dist. 6, quæst. 2, in can. si gens, dist. 56.

Natio.

Natio.

GENTIVM singularum proprij sunt mores & laudi, & reprehensioni opportuni. Argumenta apud Ciceronem sunt Gallorum in oratione p Marco Fõteio; Græcorũ, Asiaticorumq; pro Luc. Val. Flacco: & pro Lucio Muræna, Asia luxuriæ suspicionẽ præbuit. Offert enim argumẽtum uirtutis uel uitij natio [i]. In deliberationibus & actionib9 publicis, qd expetendum, quid fugiendum sit, hinc ducta argumenta indicant.

i l. φ si nolit, §. qui mancipia, ff. de ędil. ed.

Sexus.

Sexus.

SEXVS animorum affectionem arguit. Credibilius itaq; in fœmina ueneficium, latrocinium in uiro. In exhortationibus admirabilior est in fœminis, q̃ uiris, uirtus: ut in Chlœlia, Lucretia, Leæna, Cleopatra. In ciuilibus quoq; negocijs sexus discrimen facit [k].

k l. fœminæ ff. de regu. iu.

Aetas.

ALIA ætas alios habet mores & affect9. Cicero pro Roscio parricidij crimen ab ætate refellit. Spectatur ea in tutelis, in curationibus, in integrum restitutione,

ac reliquis cõtractibus, etiam in pœnis[l].

Educatio.

EDVCATIO, disciplina, & uictus non leuia sunt morum experimenta. Cum enim omis ratio atque institutio uitæ communem hominum societatem desideret, non leuem innocentiæ opinionem populo adferũt, quorum ætas atque studia ab ijs sunt informata, in qbus animi magnitudo et excelsitas, uirtutisque splẽdor illucescit. Ab educatiõe Cicero probat M. Cœlij adolescẽtiã castè integréque conseruatã esse: Catonẽ natura mitẽ atque admirabilẽ, stoica tamen disciplina factũ duriorẽ. Idem factam à Verre iniuriam reipub. dicit, quod liberos ille suos ad fœdissimas uoluptates potius, q̃ ad maiorum instituta atque ciuitatis disciplinam, informauerit. Nihil autem ad effingendos mores efficacius prima illa educatione[m].

Habitus.

HABITVS & animi & corporis est: nec minus in ciuilibus controuersiis, atque naturalibus tractaẽ disceptationibus. Ab eo insidiarum argumentum ducit Cicero pro A. Milone. Extant pulcherrimi Ga-

l l. infans. ff. de sica. l. sed etsi. §. iniur. ff. ad l. Aquil. l. q̃d infans. ff. de rei uin.

m arg. l. qui filium. ff. ubi pupil. educari de. l. ædiles. §. quid uerò ff. de ędil. edicto in Auth. de mon. co. 1.

leni libri de temperamentis.

Fortuna.

IN FORTVNA, diues an pauper: in conditione, liber an seruus sit, uidemus. Continétque hic locus personarum qualitatem: in qua magnæ sæpe & graues controuersiæ uertuntur, cum ciuilibus in causis, tum etiam criminalibus actionibus[n]. In condictione quoque indebiti, ut Paulus refert[o], qualitas personæ discrimen facit.

n l. quædam ff. de pœn. l. aut facta. §. persona. e. & ib. Bar. et Imo.

Studia.

PERSONARVM adeóque diuersorum hominum studia nemo rectius comicis poëtis ostēdit. His si qs uolet, addat Aristotelem in Rhetoric. ad Theod.

o in l. cum de indeb. ff. de prob.

Commotio animi.

ANIMORVM affectiones, ueluti ira, ambitio, misericordia, & huiusmodi aliæ, frequenter suspicionem aut augent, aut minuunt: eóque ijs Cicero pro A. Milone aduersus Clodium uehementissimè est usus. Affectus siquidem cuiusque ingenium arguūt: nec alia res perinde hominis existimationē commēdat, atque moderatæ animi cupiditates ac mores beni-

p l. ſcire. §. ulti ff de tuto. & curat.

q l. 2. ff. de teſtib. c.

r Inſtit. §. ul. de ſuſp. tuto. & cura.

gni[p]. In teſtibus Modeſtinus monet[q] fidē, dignitatem, et mores ſpectare oportere, quemadmodum & in tutelis[r]. Extat inſigne exemplum Tullij Clœlij in oratiōe pro Sexto Roſcio Amerino. Et apud Valerium Maximum libro octauo titu. Infames rei. Cicero in oratione ꝓ P. Sylla monet, oībus in rebus, quæ maiores grauioresq́ ſunt, quod quiſq; uoluerit, cogitarit, admiſerit, nō ex crimine, ſed ex moribus eius q arguitur, eſſe ponderādum. neq; enim poſſe quenquam noſtrum fingi, neq; cuiuſquam repente uitam mutari, aut naturam conuerti exiſtimat.

HIS alij addūt facta & cōſilia, & ſi qua ſunt alia, quæ mihi ad ſuperiora referri poſſe uidentur.

Argumenta rerum.

Argumenta rerum.

RERVM ARGVMENTA communia ſunt rhetori & dialectico, eorumq́ locos alios internos, in ipſis rerum neruis atque uenis inhærentes; alios externos facit præter Ciceronem in Topicis Rodolphus

Rodolphus Agricola.

Agricola, quo nemo alius uel accuratius, uel copioſius τὴν τοπικὴν cōſcripſit: cuius admirandam naturæ uim ingenijq́ præ-

ſtantiam, etſi imitatione cõſequi me poſ-
ſe deſperem, uoluntate tamen propius ac-
cedam, ut quantum rei ipſius difficultas,
uel magni præſertim & omni eruditi-
onis genere præſtabilis uiri imitatio fa-
cultatis mihi detrahit, tantum addat ani-
mi ſuſcepti laboris conſtantia. Sit igitur
primus nobis locus à definitione.

Definitio.

VSITATISSIMVS argumenti loc⁹ du-
citur à definitione. quoties enim in ciuili-
bus atque dialecticis diſputatiõibus, aut
ſacris literis, aut omni alia deniq; ſubtili
diſputatione rem controuerſam docere,
ſuiſq; explicare circunſtantiis conamur,
primum occurrit definitio. Ea eſt breuis
et circũſcripta oratio, qua qd ſit res expli-
catur. Huius genera duo faciunt dialecti-
ci: alterũ nominis, quod ſola ἐτυμολογία,
ſiue enarratione conſtat: ne uocabulo no-
minis πολυσήμου decepti, in ἀμφιβολίαν la-
bamur: ut ſi taurũ definituri, ſeparemus
aut à domeſtico animali, aut ſidere, aut
mõte. Alterũ eſt rei quæ ſuis partib⁹, cau-
ſis, et naturalib⁹ cõditiõib³ exponit: con

Definitionis uſus.

Definitio qd.

ſtatq; ex genere & differentia. Sed huius definitionis non una eſt formula. Alia enim eſt ſubſtantiæ ex genere & differentia compoſita, ut homo eſt animal rationale: alia cauſalis, priori cognita. Nam materiam, genus: formam, differentia ſignificat, ut ſi ὀξύμελι uel mulſum definiatur. De cauſis infra dicemus. Eſt & definitio ex effectibus ſeu officijs, eaq; frequẽtiſſima. Nam eſſentiæ definitio nõ ita frequeñs eſt ob magnam uerarum differentiarum inopiam. Et in definiendis uirtutibus ac uitijs ab effectibus definitionem contexìmus, qualis eſt illa iuſtitiæ libro primo pandectarum. His addunt dialectici definitionem ex partibus, ut: Ius ciuile eſt, quod ex lege, plebiſcitis, ſenatuſconſultis, principum placitis, magiſtratuum edictis & prudentum reſponſis conſtat [s].

s l. ius. ff. de inſtit. & iure.

Quinta definitionis forma eſt ex genere & accidentibus cõtexta, qua ignotas ſubſtantias ex accidentibus colligimus. Hãc alij deſcriptionem, ueluti oratoris propriam, appellare malunt: quod & qualitatum omnium, & actionum quæ alicui rei inſunt, explicationem habeat. Sed non de

bet definitio qua orator utitur, ita pressa, angusta, atq; exiliter astricta esse, ut philosophorum uideatur disputatiõibus astricta. omnia enim quæ ad uulgi iudiciũ, popularemq; intelligentiam accommodantur, explanatiora esse conuenit. Proderit autem iuuentutem uarĳs propositis rerũ definitionibus diligenter exercere. Sitq; eiusmodi argumẽtum à finitione ductũ, Nihil perinde utile est Christiano animo atque ars æqui & boni, ius est ars boni & æqui [1], igitur utile. exempla plurima sunt apud iureconsultos. Diligenter & cũ cura intuendum, ut definitiones proprĳs, signatis, & perspicuis dictionibus contexamus. Destruitur enim finitio, quoties improprĳs uocibus conficitur, aut cum definito uerti non potest, quod & animaduersum est ab Vlpiano [2]. Quare dialectici certos uocum ordines ceu classes fecerũt, ex quibus necessaria eruantur pronunciata, ut sunt genus, species, differentia, proprium, & accidẽs, quod solum nullam cum alĳs necessariam habet cognationem.

Qualis oratori cõueniat definitio.

[1] l. Iuri §. ius est ars ff. de iusti. & iure.

Prædicabiles uoces.

[2] l. 1 oĩs ff. de reg. iu. Accur si. & Bar. in l. 1 §. dolũ l. si qs ꝑ empt. ff. de usuc. l. 1. ff. de capi. dimi. Insti. in prin. de obligat.

Genus.

GENUS COMMUNE nomen est pluri-

bus ſpecie differentibus. Si enim quæras, quid ſit leo, aſinus, equus, homo: reſpondetur, animal. Nam quæſtio quid ſit, generi ac ſpeciei conuenit. Eius infirma eſt ad demonſtrãdam ſpeciem probatio, firmiſſima autem ad refellendam. Neque enim quia uirtus eſt, ideo temperãtia: ſed qa uirtus nõ eſt, ideo nec temperãtia: aut qa contractus eſt, ergo locatio: ſed qa contractus non eſt, ergo nec locatio. Quare à genere tantum negatiuè argumentamur, ut quod non eſt uirtus, utiq; temperantia eſſe non poteſt, niſi uniuerſalem particulam generi addas: quomodo & affirmatiuè & negatiuè ab uniuerſali argumentũ ducimus. Omnia animãtia naturæ coniunctionem uitæq; ſocietatem munificè tuētur, ergo & homines humanæ ſocietatis coniunctionem tueri debēt: Nullum animal fœtum ſuum abijcit, igitur nec homo. Iureconſultos generis, formæ, & indiuidui nomen nonnunquam confundere, documento ſunt illorum commentarij in l. 2, §. Mutui, & ibi Bald. ff. Si cert. peta. in l. Meuius §. duobus ff. de le. 2, in l. 3, §, genera ff. de acquiren. poſſ. &c.

Species.

SPECIES, IMPRESSA quædã rei est imago, & ueluti commentatio siue notio, quam græci ἔννοιαν καὶ πρόληψιν, Cicero inchoatam intelligentiam uocat, qua quanque rem animo concipimus: eoq; de pluribus nũero differentibus dicitur[b]. In ciuilibus actionibus nomen generis & speciei nonnunq̃ confunditur[c]. Plato sanè ideas, Aristoteles εἴδη, Cicero formam appellare maluit, hoc exemplo in Rhetoricis usus: Si omnes qui reipublicæ consulunt, chari nobis esse debent, certè in primis imperatores, quorum consilijs, uirtute, periculis, retinemus & nostram salutem & imperij dignitatẽ. A specie ad genus, affirmatiuam tantum argumẽtationem formamus, ut: iustitia est, igitur uirtus est: nam posita specie, ponatur & genus oportet[d].

Differentia & proprium.

DIFFERENTIA ꝓpria rei nota est, certam cum genere speciem constituens: ut, homo est animal rationale. Merum imperium est, habere gladij potestatem ad ani-

b Barto in l. q̃sitũ. §. si qs fundum ff. de fundo instr.

c Inst. §. furto genera de obli. q̃ ex delict.

d l. Si qd eam §. inter ẽpiũ ff. de le. 3. l. ꝑ seruum §. Si ususfruct⁹ ff. de usu & habi. Bar. in di. l si qd. & le. iuris gẽ. §. Sed si fraudãdi ff. de pactis.

e l. Imperiũ ff. de iurisdi. omniũ judi.

f l.1. ff. mãdati.

g. l.1. §.2. l. ff. quod iussu.

Quid sit discriminis inter propriũ & differentiam.

Proprium.

mãduertendũ in facinorosos homines[e]: ibi habere gladij potestatem, separat merum imperium à mixto. Talis est differẽtia mandati & iussus: quorũ illud uoluntatis[f], hoc necessitatis est[g]. Hãc ita à proprio differre pleriq; putant, ut differentiam partem rei esse dicant, atq; eiusmodi, ut ipsa præsente, continuo res ab alijs omnibus separetur: rursus ea amota, res ab alijs non differat: id est, quę (si uera sit) nec latius, nec angustius pateat, quàm species. Proprium autem, quod omni, & soli, & semper competat, quasi certum speciei officium significans: ut homini ridere, loqui, numerare, canere competunt. Proprium enim magis constituendũ erit ex ui naturali & potestate, quàm ex re ipsa siue actu. Neq; ignoro plurimũ esse discriminis inter ueram differentiam, & eam quam dialectici propriã passionem nominant. Sed quando uerarum differẽtiarum penuria laboramus, cogimurq; uel ubiq; rerum differẽtias per partes, officia, aut accidentia periphrasticωs circunloq, nõ puto superstitiose reprehẽdendũ, si Aristotelis cæterorũq; exemplo, ita p-

prij uocabulo utamur, quasi nihil intersit inter proprium & differentiam. utrunque sanè ad quæstionem, quale sit, pertinet. Et omnibus in causis plurima ducuntur argumēta à proprio officio. Nam præterquam quòd definitionem confirmat, etiam ad cōiecturam pertinet: ut proprium poetarum, furere: summorum ingeniorum, multum habere & melancholiæ & stultitiæ: boni uiri, rectè & cum dignitate omnia agere: continentis, domitas habere uoluptates. His additur accidens, de quo infrà dicam. Neque enim definitionem propriè cōstituit, neque in rei substantia hæret. Vsus ꝓprij.

De diuisione.

ADIVVATVR & diuisione finitio. Nā & rei quæ definitur naturam, & quàm multiplex sit, in tāta præsertim uerarum differētiarum egestate, demonstrat, & ad locupletādam orationem præcipuā uim adfert. Ducitur sanè per omnes argumentorum locos, præterquam ἐτυμολογίας, & repugnantium: quoniam repugnans de altero rectè prædicari non potest: fitque eo modo, ut unum aliquod in multa non Diuisio.

diuisione solũ, sed uel partitione, uel enumeratione deducamus, quæ duæ dialecti ces sunt partes.

Partitio.

EST AVTEM ut diuisio generis in formas per differentias discretio, ita partitio totius in partes. Prioris exemplũ erit si dicas, hominum alios liberos esse, alios seruos [h]: Liberorũ rursus quosdam ingenuos, quosdã libertinos esse. Posterioris, si ius scriptũ in suas diuidas partes [a].

h l. summa ff. & insti de statu homi.

a l. ius aũt ff. de iustit. & iure §. Scriptũ Instit. de iure nat. gẽ. & ci.

Eunmeratio.

ENVMERATIO, quam alij etiã distributionẽ appellant, est subiecti in accidentia partitio, qualis est popularis Põpeij laus apud Ciceronẽ ꝑ lege Manilia, & apud Homerũ Agamemnonis, apud Pliniũ libro 7. naturalis historiæ Catonis primi Porciæ gẽtis, qui unus tres summas in homine res præstitisse existimatus est: Optimus eñ orator, optimus imperator, optimus senator iudicatus fuit. Sed ut superiores loci omnes ad finitionem coguntur, ita locus totius & partium, ex diuisione oritur.

Catonis ꝑstabilis dignitas

Totum & partes.

Totum & partes.

NE QVEM FALLAT cognatio generis & speciei cum toto & parte, (confun-

duntur enim hæc nonnunquam nomina) ostendam quid intersit. Genus de formis suis affirmatur, atque ad unius cuiusque speciei substantiam confirmandā adsit oportet. Totum contrà, nec de partib⁹ prædicatur, nec singularum partium constituit substātiam. Vt enim iustitia sit, uirtutem quoque esse necesse est. Atqui partes esse possunt, nēpe gypsum, calx, lapides, trabes, ianua, etiam si domus non sit.

Porro nō una est totius & partium ratio. Quædam enim sunt substantiales, ut anima & corpus in homine, prora & puppis in naue. Quædam quantitatis, quæ in magnitudinibus, tēpore & numero consistit. Quædā efficaciæ cuiusdam, ut sunt uitæ gradus apud Aristotelem. Horum plenior cognitio ad physicum pertinet. — *Multiplex totius & partium ratio.* — *Lib. de aiā.*

A toto argumentatio ducitur, Vniuersus mundus prouidentia administratur, ciuitates igitur & familiæ consilio regi debent. A partibus ad totū, Si perditissimorum hominum perniciem iusta uindicta prosequi, ciuium fortunas tueri, exornari laudib⁹ bonos, deprimere nocētes, languētes plebis animos ad reipu. decus atque

ornamentum excitare est utile, nõ potest non utilis esse rhetorica. Sed hæc omnia sunt utilia, & cum summa reipublicæ dignitate coniuncta, utilis igitur rhetorica. Cauendum in argumẽtatione à partium enumeratiõe, ne qua pars obmittatur. Iureconsulti quatuor formas totius faciũt[a], quas & Claudius Cantiuncula ingeniosus uir & intelligens, omniq; doctrina & ingenij laude ornatissimus, publico nuper bono in suis explicat topicis: nobis rudẽ iuuentutem instituentibus, non opus est nimia illa subtilitate. Obseruet igitur iuuentus, sicut à toto integrali, affirmatiuè ductam argumentationem ad partẽ principalem, ueram probatiõis fidem semper facere: ut, ædes sunt, ergo solum & superficies[b]: ita contra, si negatiuè ad partẽ minus principalem deflectatur, infirmam esse argumentationem: ut, nauis non est, ergo nec artemon[c].

a l. si mihi & tibi §. in legatis l. grege ff de l. 1. Claud. Cãtiũcula.

b l. q ædes ff. de usuc. l. solũ ff. de rei uendic.

c l. malũ ff. de uerb. signi.

Coniugata.

Coniugata.

CONIVGATA dicuntur, quæ in eãdem uerborum συζυγίαν cadũt: ut prudẽs, prudentia, prudenter. Magnã cum etymologia habẽt cognationem, sed non admodũ

creber horum est usus in probationibus. Nam ita cohærent, ut uix alterum sit alte ro notius, & eiusdem penè laboris est per suadere diuitem esse, cum qui præsentem fortunã boni consulat: & summas haberi diuitias, rebus suis esse contentũ. Quæ res nec Fabiũ Quintilianũ latuit, q hũc locũ enumeraturus, nisi Ciceronis exẽplo, non erat. Si quis tamen inquirat, erit huiusmo di: Si consulatus est dignitas, non potest non consul dignus esse. Prodítio si est im pia, erit & impi⁹ ipse proditor. Si hæres succedit in defuncti ius uniuersum [a], igi tur ipsa hæreditas in uniuersum defuncti ius successio est [b]. Conducit & hic locus inueniendis rerũ definitionibus. Nam qd prudentia, quid fortitudo sit, ex actioni bus & officijs prudentis uiri melius co gnoscitur.

Vsus cõiugatorum.

a l. cũ hæres ff. de diuersi. & temporalib. præscrip.

b l. hæreditas ff. de reg. iur. l. nihil ff. de uerbo signif.

Loci qui circa substantiam sunt.

LOCI INTERNI qui circa substantiam sunt, à Rodolpho adiacẽtia, actus, & sub iectum nominantur. Dialectici significã tiore quodã uocabulo prædicamenta uo cant, in hoc Aristotelem secuti, qui κατη γορίας uocat, cum aliquid de altero prædi

catur;ut, Pompeius militaris disciplinæ est peritus. Hic militaris disciplinæ peritia, prædicatur siue attribuitur Põpeio. Nos etiam ut communem scholarũ consuetudinẽ obseruemus, quantitates à qualitatibus separabimus, suas singulis species assignaturi.

De prædicamentis.

Prędicamẽta. PRAEDICABILIVM uocum, quæ ueluti cõmuniora uocabula cæteris uocibus explicandis attribuũtur, usum amplissimum in rebus signatè ac perspicuè definiendis ostendimus. Quæ autem uox cui rectè attribuatur, quæ rerum inter se cognatio sit uel diuersitas, quis deniq; uniuersæ naturæ ordo obseruari debeat, generalia illa uocũ capita docẽt, quæ uulgo rerum principia ac prædicamenta dicuntur. Adferunt enim magnam facultatem, quoties in consilium ituri, uocum definitiones constituere, theses & hypotheses explicare, ac rerũ naturas perquirere uolumus. Nec aliud sunt prædicamenta, q̃ loci communes, siue incomplexorum terminorum series, ac quædam ueluti definitionum supellex, unde omnia uoca-

Quid prædicamenta.

bula,omnis de omnibus rebus oratio, omnis definitio sumitur:ob id credo ab aliis genera dicta,quod ex his cæterorum uocabulorum sensus gignantur.

SVNT AVTEM hæc:substantia,quantitas,qualitas,πρός τι,ubi,quando,situs,habitus,actio,passio.Ad hos ordines ceu rerum fontes,unde uniuersa definiendi materia emanat,singularum uocum genera cõstituturi recurrimus.Aristoteles monet in tradendis prædicamẽtis propriam uocabuli significationem sequẽdam esse,fugiendasque ἀμφιβολίας:ne complexa uoce pro simplici,ficta ac commentitia,pro uera:artis alicuius uocabulo,quod dialectici secundæ uocant impositionis:aut eiusmodi uoce,quæ omnia rerũ genera complectatur,ut sunt ens,unũ,uerũ & bonũ:aut uoce priuatiua,quã inter opposita infra recẽsebimus,aut quæ naturalem constitutiuamve partẽ significet,ueluti materia,corpus,aut ea denique,quæ uel πολυώνυμος,uel συγκατηγόρημα sit,temere utamur,rerũ ac uocũ confundamus proprietatẽ. Quare dialectici hæc postpdicamẽta uocãt,quoties noĩa ambigua interpretãtur,

Quid in tradẽdis pdicamẽtis fugiendum.

De substantia.

Substantia. SVBSTANTIA per se existens quædam natura est, in quam accidentia sic incumbunt, ut si inde tacito animi iudicio diuellantur, aut mutentur, non tamen eius corrũpatur natura. ut homo manet, uel cum ægrotat, uel calet, uel friget. Nec cygnus perit, siue albus, siue niger fit. Nam accidentia, quibus substantia induitur, ratione diducimus. Aristoteles sanè substantiam, quam ὀυσίαν Græci, Plautus essentiá, Rodolphus subiectum appellat, in primam diuidit & secũdam: ac primam eam constituit, quæ inquirẽtium sensibus primum sese offert, mentísque cogitationem à particularium cognitione ad generalia prouehit: cuius generis sunt singularia ac indiuidua, ut hic homo, Plato, Cicero. Secunda ea complectitur, quæ primæ sunt ꝓxima, ut homo, ut animal. Admonenda autem hoc loco iuuentus, ut sciat inter omnes uoces primum nomen esse ens, cui substantia & adiacentia subijciantur. Deinde substantiæ nos nomine interim abuti, & substantiam appellare, cum auulsis circunstantijs ipsum adiacens per se consi

deramus.Iurisconsulti substãtiam ferè dicunt,quod proprium dialectici uocant. Sic de mutui substãtia est,ut mutuũ dantis sit,& accipiẽtis fiat.l.2. §.Appellata ff. Si cert.pet. Vt non eadem species,sed idẽ genus reddatur.l.Mutuũ e.t.Sic de substantia condictionis indebiti primum est error.l.i.& ij.ff.de cond.ind.Secundo,ut in accipientem transferatur,quando rem suam condicere nemo potest l.fi.ff.usus f. quo ca.Postremò, ut error probetur leg. Cũ de indebito ff.de probat.Porrò idem tradit, duplicia ab accidentibus nomina nasci. Substantiua uidelicet,quæ dialectici abstracta uocãt,ut sunt nigredo, caliditas,cæteræq́ formæ nudæ à substãtijs ratione diuulsæ: & adiectiua uulgo concreta appellata,quæ formas cum subiectis significant,ut albus cygnus,niger coruus, quæ omnia ut melius spectentur, uisum fuit hanc tabulam scholarum more proponere.

CLASSES CATEGORIAE
substantiæ.

Substantia

Corporea   Incorporea { Deus / Anima

Corpus

Simplex { Ignis / Aer / Aqua / Terra   Mixtum { Fulmia / Fumus

Corpus mixtum

Animatum   Inanimatum { Lapides / Gemæ

Corpus animatum

Sentiens   Non sentiens { Truncus / Frutices

Animal

Rationale   Irrationale { Leo / Asinus

Homo

Plato   Hic homo   Socrates.

Ad hunc ordinem referuntur substantiarum partes, ut caput, pes, manus. Nã partes eiusdem sunt κατηγορίας, cuius sunt ea ex quibus illa constituuntur: quomodo unitas & punctum prædicamenti sunt quantitatis.

Adiacentia.

ADIACENTIVM locus prim⁹ eſt quantitas. omnis enim uox quæ ſubſtantiá non ſignificat, tū adeſſe, tum detrahi citra ſubiecti corruptionem poteſt, inter adiacentia refertur: ut quātitas, ſecundum quam æquale quicquam dicitur, aut inæquale, maius aut minus, uelox aut tardum. Attribuitur eñ ĳs rebus, quæ diſtribui poſſunt: ut ſi quæras, quanta ſit uirtus, quas habeat partes. Quare eam dialectici duplicem fecerunt: cōtinuam, & diſcretam: continua, quanta res ſit oſtendit, eamq́ definiunt, cuius partes ad eundem communem terminum ueluti punctum coguntur, ut linea, ut ſuperficies, ut corp⁹: quæ tametſi ſeparari nequeant, cogitatione tamen diuelluntur, ut linea ſit ſola longitudo, ſuperficies latitudo ſola, corpus profunditas cum latitudine & longitudine, quibus adduntur tempus & locus. Sic Iuſtinianus in §. i. Inſtit. per quas perſonas nob. oblig. acqu. imaginariam quandam conſtituit uſusfructus & proprietatis diuiſionem, quoniam re ipſa diuelli nequeant proprietas atque uſusfructus.

Adiacentia. Quantitas.

Discreta quantitas est, cuius partes nullã prorsus termini habent communicationem, ut numerus & oratio. Notum prædicamentum, nec admodum usitatum in causis ciuilibus.

De qualitate.

LATE PATET huius prædicamenti usus. omnes enim cũ animi, tum corporis ἕξεις, omẽs actionũ formas, ac uniuersam deniq; simpliciũ complexarumq; rerum, quibus ingeniorũ commẽtario fulcitur, notitiam complectitur: nec aliunde crebrius petũtur definitiones, siue descriptiones, q̃ differentiarũ ferè loco succedãt.

Qualitas. Est autem qualitas, qua similia & dissimilia discernuntur. Eius species quatuor facit Aristoteles.

PRIMA EST ἕξεις καὶ πάθος. ἕξεις manẽs quidam est habitus, agendi consuetudine partus. Huius non una atq; simplex

Diuisio qualitatis. est ratio. Nam habitus alij sunt animi, alij corporis. Qui in animo hærent, hominis sunt proprij, & solo intellectu & mentis agitatione colliguntur: in quorũ ordine primũ sunt artes, scientia, opinio, & huic uicina suspicio, sapientia, & quæcunq; ar-

tes sunt θεωρητικαὶ, πρακτικαὶ, καὶ ποιητικαί. Quintil. li. 2. cap. 18.
deinde quicunque naturali quadã inclinati
one ac uolũtate, qua ad recte fortiterq́
agendũ incitamur, constant, ut sunt uir-
tutes, iustitia, temperantia, fortitudo, mo
destia, religio, pietas, amicitia, beneuolen
tia, fides, perfidia: quorũ omniũ definiti-
ones Aristoteles, & in Academicis quæ-
stionibus, officiorumq́ libris Cicero tra-
dit. petũtur enim ut plurimũ ab officijs.
Postremo affectiones illæ, quibus huma-
na mens percita, naturæ legibus relucta-
tur, ut ira, dolor, metus: quorũ flexum in-
fra explicabimus: sunt enim & brutorum
animantium communes.

CORPORIS habitus sunt, ueluti tempe
ramẽtum, palæstrica, saltatoria, & pingen
di ars. CERTVS enim & constans u-
sus, plenam in re omni parit perfectionẽ.

πάθος est perturbatio & concitati animi
motus, quo permoti, cum ratione & con-
silio pugnamus. Magnum discrimen facit
in contractibus stricti iuris [a] & crimina-
libus caussis [b].

[a] l. qdã cũ filium ff. de vbo obliga. & ibi Bartol.

SED SVBESSE oportet actionum or-
gana, & naturalem quendam impetum si

[b] l. uulgaris §. q furti ff. de furtis.

ue propensionem, ad quam exercitatio ac commodetur. Quare & alia ab Aristotele addita est qualitatis species.

EA EST naturalis potentia & impotentia, qua ad ipsas actiões apti dicimur: Græcis φυσικὴ δύναμις καὶ ἡ ἀδυναμία appellatur. sic enim docilẽ, sic pugilem uocam⁹, q naturæ impetu & corporis uiribus uel ad literaꝝ studia, uel actiões est apposit⁹. Magna huius loci est utilitas, non solũ in ciuilibus actionibus, ubi de pubertate, de ijs, q matrimoniũ cõtrahere nequeũt, de castratis, mutis, surdis, & qcunq; testamẽtũ facere, aut stipulari ꝓhibent, quæstio incidit; sed in uniuersa uitæ ratiõe, ne qd nostra cũ natura pugnat, inuita Minerua ꝑtentem⁹: aut ab eo, in quo naturę uis maxime eminet, in aliud diuersũ studiũ efferamur, nihilq; cõtra naturam uniuersam contẽdamus. Recte admonet Fabi⁹ Quintili. ingenioꝝ discrimina diligẽter esse obseruanda, ut QVO QVENQVE naturæ ἕξις ferat ad id potissimum ꝓuehatur.

TERTIA species est, quæ dialecticis passio & passibilis qualitas dicit. Nos passibiles qualitates, quæ Græcis παθητικὴ ποιότη

τας appellatur, hic natiua, passiones, temporaria adiacētia uocamus. Porrò, ut uniuersum rei complexū in pauca conferā, adiacētium oīm alia sensu, alia intellectu colliguntur. Quæ sensu deprehendūtur, in oībus animātibus, & quæcunq; tangi uel uideri possunt, spectātur. Habent em̄ singuli sensus propriū qddam: nā uisum colorū species, albū, nigrū, fuscū, flauū, pspicuū, opacū: auditū sonus, saporē gustatus, odorē olfactus: tactū, molle, lene, asperū, frigidū, calidū, humidū siccū mouet: in qbus humanæ prudentiæ cognitionisq; uis uniuersa cōsistit. Intellectu deprehēdūt, quæ animi cōmētatio colligit atq; decerpit: ita magnetis, ita hæmatitis uim mēs humana pspicit. Sed hoꝝ, ut dixi, quædam sunt natiua adiacētia, quæ in substātijs ppetuò insunt, & animi magis iudicio, q̄ re ipsa separant. Nā q̄uis ita sæpe in substātia inhæreāt, ut diuelli ab ea nequeant, quemadmodū in igne calor, in Aethiope nigredo, sensus tn̄ interior & ratio pspicit, eiusmodi qualitates, q̄ corporibus addi uel adimi possint, non esse substantiæ partes. Hoꝝ aūt uis in ijs par-

tim consistit, quæ sensus sunt expertia: ut humiditas in aqua, siccitas in terra: dulcedo in melle, in glacie frigus. partim animalium corporibus inest, ut robur, fortitudo, fœcunditas ac illis cōtraria. Partim sensibus, ut mãsuetudo, feritas, docilitas, &c. Tēporaria siue τὰ πάθη sunt, quæ forinsecus accedūt, pauloq; momēto nunc obrepunt, nunc subtrahuntur. Quorum alia facilimè à subiecto dimouētur, ut robur ex uerecūdia, pallor ex metu contractus, alia ægrè adimūtur, ut primus lanarum color, & sapor quo recens testa imbuitur. Alia diuturna cōsuetudine in ἕξιν mutãtur, totumq; sibi hominē subigunt, quoniã consuetudo altera ferè natura est: fitq;, ut ἤθη sint ἔθη, hoc est cōsuetudines. Atque huius generis sunt inuidia, ambitio, dolor, misericordia, amor. Magnus est huius loci usus in ciuilibus criminalibusq; causis[c]. Nã affectus, aut minuunt, aut augent culpam[d]. Ab adiacentibus Cicero Deiotarum defendit. Deiotaro non ali⁹ aut cōsideratior, aut rectior, aut prudentior est: insidiarum igitur facinus in eum cadere non potuit. sobrius & conti-

c l. Quicquid calore. ff. de re iudic.

d l. Gracchus C. de adult. l. uerum contra C. de furtis.

nens est, igitur nec ebrietati, nec saltationi opportunus. Magno animo est & erecto: nec unq̃ succumbit inimicis, ne fortunæ quidem: alienus igitur à uindicta.

QVARTA his species additur σχῆμα, id est, figura, ut circul⁹ triãgulus, quadrangulus. Hãc alij inter relatiões ponere maluerũt, quas nos ad locũ repugnantiũ referem⁹. Hæc aũt supiora tria p̃dicamẽta dicunt̃ absoluta, q̃ singula sine ulla aliarũ reꝶ collatiõe p se intelligantur: ut homo, ut magnitudo, ut albedo. Reliqua oĩa, quæ ad hæc referri non possunt, relatiua appellantur: de quibus infrà dicemus.

Actio & passio.

ACTIO in perpetuo quodam motu atque fluxu, quem ἐντελέχειαν uocant, consistit. est enim relatio ad id quod patitur. *Actio & passio.* PASSIO uerò actionis effectus. Huius formæ sunt: generatio & corruptio, quæ in substantia sunt. Augmentatio et diminutio in quantitate. alteratio in qualitate est. Huc referuntur frigere, saltare, pallescere, tremere: quæ oĩa multas in utrãq; partem suspiciones præbent. Turpe est senem cuiuslibet rei pœnitere: turpis igi

tur pœnitẽtia, quæ admissi sceleris est comes. Locus hic uniuersam humanæ prudentiæ ingeniiq; uim complectitur. Indicat eñ atq; declarat, quæ sit hominũ uis, natura, officiũ, affectus: nec alius frequẽtior est in præsumptionibus, testium fide, cæterisq; causis coniecturalibus.

LOCI EXTERNI.

Locus causarum & euentorum.

NVLLIVS loci pinde atq; causarũ euẽtorumq; creber est usus, et necessaria cognitio. Nam & eum qui magnis de rebus ad reip. dignitatem ptinentibus facturus sit iudiciũ, cõuenit causas earũ rerum oĩm, de quarũ ui ac natura quærit, animo pertractatas habere. Nec ullum genus est in quod nõ magnꝰ huius pateat usus. In laudatiõe aut uituperatiõe, qd forti atq; excelso, aut cõtrà incõsulto & p̃cipiti mẽtis impetu factũ sit, nisi ex effectis, fine, & destinatis iudicari non potest. Vt si qs Achillis cessationẽ in bello Troiano uituperare uellet, q̃ ira impeditus militiã detrectauerit: aut laudare, q̃ magno uir animo indignissimã Patrocli cædẽ ab inimici uindicauerit iniuria, ab euentis et causis

argumentũ ducat, necesse est. In deliberatiõibus, honestas, utilitas, & δυνατὸν ijsdẽ ex locis ꝑpendent. Nã quid honestũ, q̃d utile, siue q̃d fieri possit, efficiẽs ostẽdit. Porrò in ijs controuersiis quæ cõiectura excutiũtur, suspicionem arguũt uolũtas & potestas. Peccãdi uolũtas ex fine, potestas ex efficiente colligitur. Pulchrè Cicero & admirabiliter parricidij suspicionẽ in Sex. Rosc. Amerinũ coniectã, à causis ꝑ locũ impulsionis amolitur. & ꝑ Milone, insidias à Clodio factas ꝓbat. Iuriscõs. sic ferè argumentantˀ: Cessante causa, cessat et effectus[a]. Iidem alterã finalẽ, alterã impulsiuã esse uolũt: ut illa sit quæ constitutionibus fuerit comprehensa[b], hæc uerò quæ in priuatis contractibus ab oĩbus constituatur[c]. In pœnalibus iniurijs facti indignitatẽ ex causis augeri, uel extenuari scribit Claud. Iuriscons[d]. quod ut plenius iuuẽtuti constet, eamq̃ admirabilis ueterũ iureconsultorũ dignitas atq; ueneratio ad locorũ dispositionẽ excitet atq; ĩpellat, subtexui Claudij Iurecons. in l. aut facta. ff. de pœnis, locorũ circũstantiarũq; diuisionem tanq̃ in tabula inspiciendam.

a C. cum cessante, de appel. l. in omi. ff. de adopt. l. Senatoris fil. ff. de senatusc. l. generaliter. C de episcopis & cler.

b iuxt. glo. in l. cum tale. §. falsam. ff. de condi. & demonst.

c glo. in l. 2. ff. de dona.

Scribit de causis multa Iason in l. Si. ff. de leg. 1.

d l. aut facta. §. causa. ff. de pœnis.

Aristotele ponuntur: efficiens, materia, forma, finis.

Efficiens.

EFFICIENS motum præstat atq; operam rei faciendæ. Huius duplex est conditio. Aliud enim sensus est expers, & natura agit, exercétque actionem in obiectam materiam: ut ignis naturæ impetu naturaliter obiectam materiam comburit, aqua humectat, terra fructus producit. Aliud delectu agit, cessatq; ab actione p suo arbitrio: ut consul rempublicã, nauiculator nauẽ administrat. Maxima propositio: Quorum efficiẽtes causæ honestæ sunt, ipsa quoque honesta sunt: ut uirtus laudem parit, sequenda igitur: uoluptas mœrorẽ, fugienda igitur. Infirmum est argumentum, si ex aliis quoq; causis idẽ fieri possit. Fortitudo efficit ne mortem extimescamus: sed nõ quisquis mortem despicit, uir fortis erit iudicandus.

Materia.

Materia.

MATERIA est subiectum ex quo aliqd primum generatur, & in quod corrumpitur ultimũ. Maxima est: Perempta materia, & effectus pimitur, Turcæ nõ habent

ferrū, igiť nec tormēta bellica. Brutū animal mēte caret, ergo iudicare nō poteſt.

Forma.

FORMA habitu quodam materiā ueſtit ac induit, ad eamq́ adiacētia referuntur. Nam forma ſi à materia diuellatur, eam prope deſtruit de Vlpiani iurecōſ. ſentētia[a]. Hinc igitur ſic argumentamur: Perempta forma, quantumuis non mutata materia, rem tamē aliam, q̄ prius fuerit, iudicari: ergo ſi ſculpti calicis mutata forma reſtituatur, non liberari debitorem[b]. Maxima eius propoſitio eſt: Tantum quiſq; poteſt, quantum forma permittit: mūdus rotundus eſt, ergo rotunditatem habet.

a in l. Iulian. §. ſi quis rem ff. ad exhibendum. l. Seia. §. itē quęro. ff. de auro & argen. leg. cęterisq́ ſimil.

b d. l. §. ſi qs rem.

Finis.

FINIS eſt, cuius gratia res ſit. Oſtendimus eius uſum in omnibus cauſarum generibus, præcipuè tamen in deliberationibus. Maxima ꝓpoſitio: Bonū eſt, cuius eſt finis bonus. Charitas fidē confirmat, colenda igitur. Iuſtitiæ finis eſt animæ felicitas, ergo expetēda. Iureconſulti ſic argumentātur: quæ ad rei cuiuſdam finem ſunt deſtinata, ea omnia ei cedunt[a].

a l. etſi nō fit. §. perueniamus ff. de au. & arge. lege. l. cætera, §. penult. ff. de le. primo.

EVENTA causarum impulsu eueniūt. ut eñ causę sunt efficiẽs & finis, ita quod ab efficienti fit, effectum: quod in finem certum ordinatur, destinatum uocamus. Hoc enim modo corporis purgatio, ad bonam ualetudinem, diligẽs animi commentatio, ad eruditionis gloriam destinatur. Et in ciuilibus causis ab euentis iudicatur, licitúsne actus fuerit, an illicitus. In criminalibus iudicijs euentus quoq;, inqt Claudi⁹ Iurecōs.[b] spectatur, ut in dementissimo quoq; facta. (quanquam non minus lex eum qui occidẽdi hominis causa cum telo fuerit, q̃ qui occiderit, puniat) & ideo apud Græcos exilio uoluntario fortuiti casus luebantur[a].

b l. aut facta. §. euẽtus. ff. de pœnis.

a ff. de pœnis

Antecedentia & consequentia.

Antecedentia & consequentia.

EX loco causarũ & affectuum trahuntur & illa, quæ rhetores antecedẽtia & consequẽtia uocãt. Antecedẽtia Boëthi⁹ putat p cōditionẽ pnunciati. ut si peperit, cũ uiro cōcubuit: peperit aũt, ergo cũ uiro concubuit. Est eñ ea huius argumentationis natura, ut si antecèdens recte inferatur, consentaneum sit et consequens, referente Baldo in capite, Cum ex officij

de præſcriptionibus, ut ſi cõſcripta pecu
nia mutua, data non eſt, dabitur exceptio
non numeratæ pecuniæ intra biennium[a].
Sed data non eſt, ergo &c. Extant in eam
argumẽtandi ſententiam l. I. §. 1. ff. ſi uſu-
fructus petatur. l. qui procuratorẽ. ff. de
procurat. l. cui iuriſdictio ff. de iuriſdi.
omnium iud. Si cui iuriſdictio data eſt,
conceſſa omnia uidentur, quibus ea expli
caẽ. Sed huic conceſſa eſt, ergo &c. Con
ſequentia uero eodem modo, mutato ta
men ordine, et per contradictionẽ, & aſſe
ueranter proferri exiſtimant hoc modo:
Si peperit, cum uiro concubuit: non aũt
concubuit, ergo nec peperit. Si mutuum
fuit, tranſlatũ quoq; dominiũ in accipiẽ
tem[b]. Sed dominij trãſlatio nõ fuit, ergo
&c. Porro ab antecedẽtibus ad cõſequen
tia recte argumentamur, cũ membra ne-
ceſſario cohærẽt. Stichus Pamphilũ bo-
noꝝ oĩm hæredẽ fecit, ergo charũ illum
ſibi habuit. Abrahã fide iuſtificat⁹ eſt, er
go credidit. Huc ptinent ſuſpiciões illæ,
erubuit, titubauit, delituit. Eſtq; maxi-
ma, Cauſæ natura ſunt priores effectib⁹.
A cõſequentibus ad antecedẽtia argumẽ

a l. in contractib. C. de nõ num. pec.

b l. 2. §. appellat. ff. ſi certum pet.

tatione teximus. Cato quater & quadragies postulatus, semp absolutus est, fuit igitur innocēs. Clodi⁹ nihil rectè aut moderatè in omni uita egit, stultus igitur et cōcitatus fuit. Cicero ꝑ Sex. Roscio hoc utitur exemplo: Si lege Roscius occisus est, bona quoque lege uænisse fateor. Sin autē constat contra omnes non modo ueteres leges, uerum etiam nouas occisum esse, bona quo iure, aut quomodo, aut ꝗ lege uænierint, quæro.

Applicita.

INTER applicita numerātur locus, tempus, connexa, tria uidelicet prædicamenta. Locus uarios habet flexus. Nam et circa iuris litē uersatur, cum quærimus priuatusne locus an publicus, sacer an prophanus sit. Locus em̄, ut refert Claudius iureconf.[a] facit ut idem uel furtum, uel sacrilegium sit, & capite luendum uel minore supplicio. Idem alio loco, liceat uel nō[b]. Hinc enim illæ quæstiones: adultérne occisus, an cædes facta fuerit: furtū, an sacrilegium cōmissum. & in causarum genera oīa incidit, siqdem freqūēs laudatio, aut uituperatio à patria, ciuitate et re

Locus.

a l. aut facta, ff. de pœnis.

b l. sed etiam ff. de in ius uocando. l. fideli. C. de iis quiad ecclesi. confugi.

gione petit. Qnalis est Siciliæ laus apud Ciceronē. In cōsilijs montan⁹ an planus, maritimus an mediterraneus, frequēs an desertus, fœcundus an sterilis, opportunus cōsilijs an aduersus sit spectam⁹, quæ ipsa in cōiecturales actiones incidūt: uidemusq; loci περίστασιν in probādis insidijs à Clodio factis, uehemētissimè à Cicerone tractatā, quemadmodū ꝑ Roscio et Deiotaro in depellēdis suspicionibus. Ad qualitatē q̄q; attinet, qa idē non ubiq; aut fas est, aut decorū teste Aristotele. Nec sententia in lupanari, popina, aut alio in loco inhonesto uim autoritatēq; habet[c]. Quēadmodū etiā uel ad cōmendationē uel inuidiā ptinet[d], p̄cipue tñ ad adhortatiōem, qualis est illa Catilinæ adhortatio ad milites apud Salustium. Magnam sanè controuersiā et disputationē applicita apud iureconsultos passim faciūt, extatq; inter libros Pandectaꝝ titu. de eo quod certo loco dari oporteat, titu. de constit. pecu.

c l. cum sententia. C. de sententijs & interloqu. oīm iud. lib. 7.

d l. item Mel. § si plures. ff. ad Aquil.

Tempus.

EADEM ferè est tēporis quæ & loci in ciuilibus actionibus ratio. Discernit em̄, referēte Claudio iureconsul, emansorē à

fugitiuo, & effractorē uel furem diurnū, á nocturno, magnā probatiōis fidē faciēs diligenter inspecta. Diuiditur aūt in constituta sua discrimina & occasionē naturalem, captatam atq; euidentē, quā Græci καιρὸν uocant, quā idem Cicero in oratione pro Milone diligentissime tractauit. Idē monet in omni uita, nedū forēsibus actionib⁹, diligēter obseruandū, q̄d, quo loco, ac tēpore deceat dedeceatq́;. Vt enim Horatia φ in publico ciuitatis gaudio hostē luxerit, parricidij occasionē uictori fratri dedisse iudicat: ita probro ab Antonio uersum Cicerōi fuit, φ inter armoꝝ strepitū oppressa ꝓpe libertate publica, iocis ac dicterijs diffluere uisus sit. Obijcit quoq; Pisoni Cicero, φ in maximis reip. luctib⁹ ꝓfusam lætitiā exercuerit. Incidit hic locus in oīa causarū ciuiliū gña, quod amplius Quintil. scribit lib. 5. cap. 10. Extat quoq; in hanc sententiā insignis glossa in l. deniq; diu⁹. §. minorē, in uerbo momentū. ff. de minoribus, 25. an. l. aut facta. §. tempus. ff. de pœnis. Panormitanus in capite scribam. de præscript. lib. 1. offic.

Connexa.

CONNEXA dicuntur, quæ nec rei insunt, nec sunt causa rei, nec eã circunstant ut adiacentia, sed extra rem sunt à qua denominationem accipiunt. ut diues, inops, peregrinus, alienus. Horum usus est in cõiecturis, deliberationibus, & demonstrationibus. Nam & diuites laudamus diuitijs ad liberalitatem usos. Et uoluntatem ferè arguit personæ qualitas. estq́ aliud in paupere, aliud in diuite probabile. Aliter item puniuntur ex ijsdem facinoribus serui q̃ liberi: & aliter qui quid in dominum parẽtemve ausus est, q̃ qui in extraneum: in magistratum, q̃ in priuatum. Vulgus ferè iuriscõsultoꝝ ex hoc loco sic disputat: Ex coniũctim reqsitis non sufficere alteꝝ esse [a]. Quo in loco Iason amplissimum huius argumẽtationis usum ostendit. Esse aũt creberrimã hoꝝ applicitorũ tractationem cum in contractibus, tum in criminalibus actionibus & pœnis, documẽto est lex aut facta puniũt ff. de pœnis.

[a] documẽto l. Fulcim' §. cũ hoc ff. qbus ex causis in possess. eatur l. si p alium §. docere ff. ne qs eũ q in ius uoca.

Etymologia.

Etymologia.

AB ETYMOLOGIA, id est nominis interp̃tatione, ducitur argumẽtum hoc modo: Si cõsul est, qui consulit patriæ: quid

aliud fecit Opimius? Hic argumētandi locus ad iureconsultos interim spectat. ut in causa Mācini de postliminio. Vsus eo Euripides in Polynicis noīe, Cicero in Verrem et Chrysogonum. Sed usus eius & rarus et infirmus est. Quatenus aūt argumentū præbeat, scribit doctissimè Alciatus[a], et Bartolus[b], & D. Vdalricus Zasius[c]. Vt enim ab ipso uocabulo ad eius interpretationē affirmatiuè argumentamur, ueluti, mutuum est, ergo de meo factū tuū[d]: ita infirmū est argumētū ab interpretatiōe ad ipsum uocabulū affirmatiuè ductū. ut, de meo tuū factū est, ergo mutuū. qd si per uenditionē tuū factū sit? Quare negatiuè tātū ab ipsa etymologia argumētamur, ut, nō est de meo factū tuum, ergo non est mutuum.

a in l. Taberna. ff. de uer. & rerum sig.

b in l. 1. ff. de furtis & l. tugurii. ff. de v-bo. & re. sig.

c in l. 1. ff. de acqui. poss.

d l. 2. §. appellat. ff. de reb. credi.

Facultas. Facultas.

NON INEPTE fortasse his subiungitur facultas, ad quā etiā instrumētum referri uolo. Ostēdit eñ faciendi aut nō faciendi facultatē, in cōiecturis, deliberationibus, & iudicijs: in qbus excuti solet an uoluerit quis, an potuerit, postremò an fecerit. Cicero sanè eo loco in oratione pro Mi-

lone collatione facultatis Clodij & Milonis: pro Roscio, & pro rege Deiotaro uehemẽtissimè est usus. His alij adijciũt τρόπον, id est modum, quo præcipuè coniectura, qualitas atque scriptum adiuuatur, ut si dicas, bono animo factũ, ideo palam: malo, ideo ex insidijs: aut negas adulterũ ueneno licuisse occidere. A modo inuidiam auget Cicero in Pisonem: quẽ ne maiorum quidem, inquit, more supplicio affecisti, quum miser ille securibus hospitis sui ceruices subijcere gestiret: sed ei medico, quem tecũ eduxeras imperasti, ut uenas hominis incideret.

Modus.

Comparata.

COMPARATA, quæ adiuncta nõnulli, Fabius cõparatiua uocat, maiora ex minoribus, minora ex maioribus, paria ex paribus probãt. Est aũt cõparatio, cũ duo aut plura in tertio aliquo cõmuni, aut etiam pluribus conferuntur, ut est illa Salustij: Maiores uestri parandi iuris & constituendæ maiestatis gratia, per secessionem armati bis Auẽtinum mõtem occupauêre: uos pro libertate quam ab illis accepistis, nõne summa ope nitemini? atque eo ue

Comparata.

hementius, quòd maius dedecus est parta amittere, quàm omnino non parauisse. Hæc cum orationi amplificandæ mirificè conducant, tum uel in primis iuuant coniecturam. Apud Comicum talis est à maiori: Nam qui mentiri aut fallere insueuerit patrē, aut audebit: tāto magis audebit cæteros. Ex minori apud Ciceronē pro Milone: Si lex duodecim tabularum permittit nocturnum occidere furē, qd latronem? Cicero in offic. Si turpitudo in corporis deformitate aliqd habet offensionis, quanta illa deprauatio & fœditas animi turpificati uideri solet? A pari, Si abstinentia est uirtus, est & continentia. Cicero in Antoniū Philip. ij. Vt Helena Troianis, sic iste huic reipublicæ causa belli, causa pestis atq; exitij fuit. Sed huius multiplices species in tam infinita rerum comparatione anxiè explicare nihil attinet. Iuris interpretes, qui topica scripserunt, sic argumentantur: Si id quod magis inest non prædicatur, neq; id quod minus. glos. i. in l. ij. Co. in qb9 caus. in integ. rest. non est necess. Bald. in l. Si quis non dicam rap. Co. de episcop. & clericis.

Similia.

imilia.

SIMILIA ijsdem ex locis quibus & cõparata ducuntur, nempe ab antecedentibus: qualis est illa similitudo Medeæ ex Colcho proficiscentis apud Ciceronem pro lege Manilia. A consequentibus, qua Cicero in oratione pro Muræna usus uideri potest. Nam ut tempestates sæpe certo aliquo cæli signo commouentur, sæpe improuiso nulla ex certa ratione, obscura aliqua ex causa concitantur: sic in hac comitiorum tempestate populari sæpe intelligas, quo signo commota sit, sæpe ita obscura est, ut casu excitata esse uideatur. Ab adiunctis, illa Ciceronis pro Roscio anserum, qua importunã ac iniquam Erutij actionẽ insectatur. Ex hoc genere sunt illæ Ciceronis, pro A. Cluentio corporis humani cũ ciuitate, equi desultorij pro Muræna, saxorum pro Archia, Helenæ cum Antonio in Philip. i. Menenij Agrippæ de discordantibus membris apud Liuium. talis item est, Quemadmodũ medici leuiter ægrotãtes leuiter curant, grauioribus autem morbis periculosas curationes & ancipites adhibere cogũtur: ita

L

nos in leuibus periculis,non ualde pertur
bari,in grauioribus reipublicæ motibus
periculis nos offerre,ac pro patriæ liber-
tate uitam profundere debemns. Paſſim
iuuẽtus ſimilitudines ex bonis autoribus
decerpat.Nos etiam aliquot inſignes indi
caturi eramus,niſi hanc diligẽtiæ atq; in-
duſtriæ laudem nobis præripuiſſet felix
illud atq; auſpicatum ætatis noſtræ decus
[redacted]. Afferunt autem
maximam rebus obſcuris lucem, & præ-
terquam ꝙ mouendis affectibus ſunt ac-
commodatæ,rudes etiam auditorum ani-
mos ipſa rerum imagine captatos, ac ue-
luti ſtupidos in quãlibet pertrahunt opi-
nionem.Plus tamen cõſenſionis apud ſe-
quacẽ auditorem merentur,q̃ uel fidei,
uel probationis apud renitentem. Nam
infirmæ ſæpe ſunt ad probandum,cũ nul
lius adeò rei ſimilitudo alteri per omnia
conueniat,& occupatos animos ſæpe fal
lunt.Quare ĳs iudicium adhibendum,ne
ſimilitudinis facie decepti cum riſu con-
fundamur,exemplo Aſpaſiæ Xenophon
tis uxoris,à Socrate per ſimilitudinẽ cir-
cũuentæ.Neq; enim ut rectè eam lauda-

Similitudines ad ꝓbandū infirmæ.

ueris, quæ rerum ſuarũ communitatem cunctis benignè defert, ita & ea laudari poteſt, quæ corporis formæq́ communionem cæteris facit. Par probationis fides à diſſimilibus ducitur. Cicero in oratione ad Quir. poſt reditũ: Atqui in officio perſoluendo diſſimilis ratio pecuniæ debitæ eſt: propterea ꝙ pecuniã qui retinet, non diſſoluit: qui reddidit, non habet: Gratiam & qui retulit, habet: & qui habet, diſſoluit. Refert eandem ſententiam, cõmutatis tantũ uerbis, lib. offic. 2. Ad hunc locum referri, ſi cui uidebitur, loci illi poſſunt, quos recentiores iureconſulti in topicis ſuis tradunt: nõ enim in eam curam cogitationemq́ incumbo, ut legalia topica tradam, ſed certũ aliquem in forẽſibus cauſis tractãdis rhetorices declarẽ uſum.

Repugnãtia.

Repugnantia.

REPVGNANTIA ſunt, quæ in eodem ſimul exiſtere non poſſunt. Horum uſus frequentiſſimus eſt in amplificandis illuſtrandisq́ cauſis. Nam collatione contrariorum omnia fiunt & ampliora & illuminatiora. Sic enim uirtus uitiorum, bellum pacis, continẽtia libidinum collatio-

Repugnantium uſus.

one sub aspectum magis sese offert. Diuiduntur autem in opposita & differentia. Opposita certã & natura sua destinatam habẽt repugnantiã. Horum species quatuor facit Aristoteles: contraria, relatiua, priuantia, contradicentia. Diuisio repugnantium.

CONTRARIA eiusmodi sunt qualitates, quæ in eodem simul existere non possunt, in diuersis subiectis possunt: ut calidum & frigidum, humidum & siccum: fides, perfidia: dies, nox. l. Hæc uerba ff. de uerb. significa. Si frugalitas uirtus est, uitium igitur luxuria. cognito enim ex cõtrarijs uno, contrarium quoq; cognoscamus oportet l. ex duobus, cum sequente ff. de uulg. substit. l. 1. ff. de ijs q sui uel alieni. Vulgus iurisconsultorum uocat argumẽtum à contrario sensu, cuius Bald. meminit in le. Conuenticul. Co. de episco. & cleri. argumento l. i. §. huius rei ff. de officio ei cuius manda. est iurisdic. Contraria.

RELATIVA Aristoteles πρός τι appellat, quæ sine collatione esse non possunt, ut seruus & dominus, pater & filius, pars & totum: ut Cõmodus est filius Marci, non ergo pater, Trahũtur relationes ex supi-

oribus locis: ex substãtia, ut pater & filius: ex qualitate, ut ægrum, sanũ, ius scriptũ, ius non scriptum, ius humanum, ius diuinum: ex quãtitate, fundus paruus, fundus magnus: ex numeris, par, impar: ex uolũtarijs actionibus, emptio, uenditio, locatio, cõductio. Omnia enim nomina, quæ in superiores classes cogi nequeunt, huc referũtur. Propria eius natura est, ut relationi respondeat suum correlatiuũ, idq; etiam probatur l. Si cũ dies. §. penulti. ff. de arbitris l. Iulianus §. Si procurator ff. de actio. empti. Et quod in correlatiuorũ altero cauetur, in utroq; cautum esse uideatur: Bart. in l. fi. ff. de accept. l. 1. Co. de cu press. lib. 11. l. 2. & l. culpa. Co. de malef. & mathem. quod enim turpe uel docere, idem & illicitum perdiscere.

Priuantia. PRIVANTIA eum habitum abesse indicant, quem natura adesse uoluit: ut, mutus est, non igitur loquitur: cæcus est, ergo nihil cernit.

Cõtradicẽtia CONTRADICENTIA nunq̃ simul aut ueræ aut falsæ propositiões esse possunt: ut si uera sit propositio, Cæsarem clementem esse, falsa sit oportet, Cæsarem non

esse clementem. Sic Paulus ad Rom. Euangelium est uirtus dei in salutem omni credenti, ergo in perditionem omni non credenti. Extant huius argumenti l. i. ff. de uino & trit. & oleo legat.

DIFFERENTIA non sibi ex opposito repugnant, sed substantijs inter sunt dimota, ut quidam medij colores, flauus, cæruleus, ruber, uiridis: ut item saporum species aut uirtutum, ut temperantia, fortitudo &c. Monent dialectici, differens & idē dici aut genere, aut specie, aut numero: & hoc postremū rursus quatuor modis dici, nomine uidelicet, finitione, proprio & accidente. exempla non sunt obscura. Differentia.

HIS, SI QVIS uolet, adiungat disparata: ut, platanus arbor est, non est igitur lapis: rhetorica bene dicendi ars est, non igitur temeraria ac incerta loquendi profluentia. Huius generis sunt testamētum & codicillus l. Si idem. Co. de codicillis, emptio, locatio l. i. ff. locati. Fabius Quintilianus argumentum ab asseueratione ducit, quod certè apud iurecōsultos infirmum est l. Neq; professio. Co. de testa. & Bar.

PORRO VT parui fortasse sit benefi-

cij, fœcundum habere agrum, nisi illum colendi diligentia ad omnes fructus producendos exerceamus: ita facultatis erit non magnæ, paratam aliquã locorum copiam numerumq́ꝫ habere, nisi ita in mente & cogitatiõe eos teneamus defixos, ut non modo in forẽsibus disceptationibus, sed omnino in omni dicendi genere, quicquid de rerũ natura ac proprietate dicendum sit, promptum expeditumq́ꝫ & ueluti ad manũ positum habeamus. ut quẽadmodum palæstritæ nunc cæsim, nunc punctim aduersarium petũt: & ictum uaria excipiunt arte, feriuntq́ꝫ grauius incautum: sic in altercatione aduersarij nos obiectionẽ multiplici argumentatione dissoluemus, instantem acumine confodiemus, cedentem uiribus prosternemus. Hunc rerũ usum propositæ ἐκφράσεις, aut themata aliquot, qualia apud Quintilianum sunt permulta, in quibus explicãdis iuuẽtus suas periclitetur uires, erũt proponenda. Paratur hinc cũ multarꝫ rerum cognitio, copia, ac ueluti thesaurus, tum uel maximè iudicium atq; elocutio, quæ rebus infixa hæret.

TERTIA ARTIFICIALIS probatio- Exempla.
nis pars est, quæ græcis παράδειγμα, lati-
nis exemplum dicitur, utilis quædam uel
ad uitæ imitationem, uel persuasionē rei
gestæ uel ut gestæ cōmemoratio. Miram
habent in omni uita ciuili bene ac felici-
ter constituenda, nedum forēsibus causis,
cum gratiam tum dignitatem exempla.
Nam & copiosam quandā ad informan-
dos mores supellectilem præbent, ceu
imagines & speculum humanitatis, unde
documenta petantur, quibus & reipubli
cæ dignitas conseruetur, & publicis pri-
uatisq́ rationibus rectissimè consulatur.
Nec hoc solum præstāt, ut in omni huma
ni officij actione animos nostros atq́ men
tē excellentiū uirorū præclare factis ac di
ctis ad omnē honestatem conformemus,
sed alieno ut iudicio dubijs in rebus fru-
amur: alieno etiam uel periculo uel con-
silio, quod fœdum inceptu, fœdum exitu
sit, deuitemus. Horū usum his uerbis de-
clarat Cice. lib. 1. accusat. in Verrē: Expe-
ctāt, inquit, ij q audiunt, exempla ex uete
re memoria & monimentis ac literis, ple

na dignitatis, plena antiqtatis. Hæc pluri
mum solent & autoritatis habere ad pro-
bandum, & iucunditatis ad audiendū. Su
mūtur autem omnia aut à simili, ut iure
occisus Marcus Manilius ob regnum af-
fectatum, sicut Spurius Melius. A dissimi
li, Mariꝰ & Sylla in ciuili dissidio per se-
natus populiq́; inermis uiscera sunt grassa
ti, Cæsar suis omnibus pepercit. A con-
trario, Marcellus ornamēta Syracusanis
hostibus restituit, Verres eadē socijs abs-
tulit. A maiori, Si ob proditam liberta-
tem Brutus proprios occidit liberos, de-
bet puniri & transfuga. A minori, Achi-
ui ob unius raptū Helenæ Troiam euer-
terunt, quæ igitur satis magna pœna Ro
manis ob raptum Sabinarum esse potest?
Erunt autem exempla tractanda pro cau
sæ utilitate aut decoro. Huc etiam perti-
nēt Aesopi ac poëticæ fabulæ, χρεῖαι, ἀπο-
φθέγματα, γνῶμαι καὶ παροιμίαι, & si qua
sunt alia: quæ inter pronunciata referre
maluimus.

Argumentationes rhetoricæ.

Argumentationes rhetoricæ,

ORATIONIS VISCERA ac ueluti ner
ui sunt argumētationes, in quibus uniuer

sa uincẽdi persuadendiq́ue uis consistit. Harum species uarias effingunt artium scriptores: nobis potiores persequi uisum est, ut quoniam de argumentorum materia, quæ frequentissima uidebãtur, præcepe rimus: nunc etiam argumentationum formas aliquot explicemus. Et quanuis supra indicauerimus cognationem quam inter se habẽt artes omnes, hic tamen obiter signandum erit, quem argumentandi morem rhetor, quem item dialecticus sectetur. Nam hic studet in schola philosophorum uera colligere ueris, de sola probationis fide solicitus, omnis uerborum curæ expers. Ille apud circũfusam populi affluẽtiam, & imperitam plerunque plebem, ex probabilibus fidem quærit, non magis ex ipsis rerum probationib[9] quàm ingenij fama propendens. Hic certas quasdam syllogismi formas, ac ueluti naturalem ingenuamq́ue rei substantiã, nullo alieno cultu uestitam, proponit spectandam. Ille etiam rerum pulchritudini suum addit ornamentum. Hic rerum uim ac naturam non liquido orationis filo, non fuso, non profluenti, sed exili, arido, cõciso atque

Quid intersit inter dialecticũ & rhetorẽ.

minuto demõſtrat. Ille populari, locupleti, ac ſpecioſo eloquẽtiæ lũine oĩa illuſtrat: hic in enũciãdis exornãdisq́ꝫ argumẽtis mutus, in iudicãdis loquax eſt. Ille audientiũ mẽtes admirabili bñ dicendi hubertate ꝑmotas in ſui rapit admirationẽ: et argumẽtationes oĩ orationis copia, oĩ uenere ac gratia cõplet, aliam ſubinde ex alia ꝓbatione cõnectens.

Quot dialectices partes.

PLACVIT autẽ ſummis artiũ ſcriptoribus tres eſſe dialectices partes, inuẽtionẽ, iudicium & argumẽtationẽ. Inuẽtione locoꝝ ordinẽ, iudicio ꝑ̃dicabiles uoces & κατηγορίας explicari. Nos de utraqꝫ parte diximus uiã quãdã munitaſſe cõtẽti, nõ ut copioſos ſcriberem⁹ cõmẽtarios. Argumẽtatio certè ſyllogiſmoꝝ figuras ac modos cõplectiẗ: pars ut oĩm maxiẽ neceſſaria, ita & difficilia. Nã queadmodũ turbati exercitus, q̃tũuis copioſi, ipſi ſtragẽ ſibi calamitatẽq́ꝫ cõſciſcũt: ita ſparſa paſſim argumẽta & ueluti auulſa mẽbra niſi appoſitis cõtexãẗ argumẽtationib⁹, cauſam adeò nõ cõmuniũt, ut ipſa etiã reꝝ argumẽtorũq́ꝫ diſſoluta cõfuſione uehemẽter obſcurẽt ac deſtruãt, cũ etiã ipſa elementorũ rerũq́ꝫ uniuerſitas, niſi ſuis cõpacta neruis, ſtare diu nõ poſſit. Sũt em̃ argumentati

ones causaȝ nerui, q̄bus omissis, uel dissolutis, uniuersum eloquentiæ corpus cõcisum ac infirmũ sit oportet. Vt eñ corporis pulchritudo, nisi apta cõsentientiq́ȝ membrorũ compositione sit contexta, aliorũ in se oculos cõuertere nõ potest, sic oratio hac uirtute carẽs, sine ulla gratia, sine admiratiõe, sine uictoriæ spe temere fluitet necesse est. Et q̄uniã rhetor à dialectico argumentationẽ mutuat̃, repetamus paulo altius argumẽtationũ ueluti prima elemẽta. Nã Cicero, Hermogenes, Quintilianus, cæteriq́ȝ ita obiter & in trãscursu argumentationes tractarũt, q̄si res oĩbus sit cognita: nec tã doceri, q̄ indicari debeat. Mihi in hãc rẽ maior collocãda uidebat̃ opa: ꝓpterea ꝙ hodie sic discũt̃ rhetorica, neglecta ꝓrsus disserendi arte, ueluti nugatoria cauillatrice, q̄si non magnope illa ad formãdũ iudiciũ cõducat, aut ulla alia studij pars æquè sit necessaria: quã & Plato hoc ipso cũctis disciplinis anteponit, ꝙ sola ferè, q̄d in q̄q; re ꝓbabile, q̄d causæ cognatũ aut repugnans sit, in rẽ ducat p̃sentẽ eaq́ȝ neglecta nulla eruditiõis gloria sperari, nullæ causæ magnę explicari, nulla deniq; artiũ cognitio tradi possit. Alij etiã gustatis tãtũ rheto Vtilitas dialecticæ.

ricis & paululum quiddam ultra prima artiũ initia progressi ad ciuile ius, ad medicinam, ad reliquas facultates, illotis, ut aiunt, manibus pedibusq;, nulla ingenij commendatione, sed falsa scientiæ persuasione impulsi obrepunt. Quorum importunitate ac præcipiti quadam dementia, suus bonis disciplinis decrescit honos, & erudita etiam humanaq; ingenia ægrè suam apud omnes gratiã tueri possunt; quæ mihi fuit causa, minora quædã & uix oratorio spiritu digna hic tradendi.

Syllogismus. SYLLOGISMVS ergo ex duabus propositionibus & conclusione constat. Propositionem uocamus orationẽ indicatiuam, quæ citra ambiguitatem uerũ aut falsum significet. Cicero pronunciatum & proloquium, Stoici ἀξίωμα, alij enunciationem uocant. Eius partes sunt nomen & uerbum. Pars prior Aristoteli ὑποκείμενον, id est subiectum, dicitur, ut uoluptas: posterior κατηγορούμενον, hoc est prædicatũ: ut, uoluptas parit dolorem. Atq; hæc propositio categorica dicitur, q unum quiddam uni rei tribuat. Nam cum duæ categoricæ consuuntur copulanturq; coniun

ctione, hypothetica uocatur propositio: ut si mulier peperit, cum uiro coiuit: & dies & lux est. Profertur enim & per conditionem, & per copulationem, & nonnunquam etiam disiunctionem: ut, aut mulier est, aut uirgo: eiusq; usus frequentior est in loco antecedentiũ & consequentiũ.

SED CATEGORICAE ꝓpositiones qualitate differunt: aliæ enim sunt affirmatiuæ, & aliquid subiecto adesse enunciant; ut Philippus Macedonum rex, facilitate & humanitate omnibus egregie antecelluit. Negatiuæ, quibus aliquid subiecto adimitur, ut nemo in amore sapit. Est autem diligenter obseruanda negationum natura. Neque enim hæc negatiua est, nemo non captat occasionem suis blandiendi affectibus.

DIFFERVNT & quantitate, quarũ aliæ sunt uniuersales, aliæ particulares, aliæ indefinitæ, aliæ singulares. Sunt aũt uniuersalium propositionũ συνκατηγορήματα, omnis, nullus, nemo, quilibet: omnis honoris ambitio seruilis & misera est. Nulla fides regni socijs, omnisq; potestas Impatiens consortis erit, Nemo qui iratus est, me

diocritatem illam inter nimiũ & parum tenebit. Particulariũ signa sunt, quidam, aliquis, quidã nõ: Quidam res bellicas ciuilibus anteponunt. Indefinitæ signis carent, repræsentantq; uniuersales, ut hominis est dignitatem suam tueri, nec unq̃ à naturæ statu discedere; sapientum etiam animos res secundæ fatigant. Singulares sunt propositiones, in quibus subiectum est nomen proprium, uel indiuiduum, ut Callicratides priuatæ gloriæ studio rem publicam subuertit. Fabius cunctando restituit collapsam Romanorum gloriam. Et, ut homo hic est, ita morem geras.

FACIVNT dialectici hanc tertiam propositionum diuisionem, q̃ alia sit uera & rebus ipsis consentiens, ut anima immortalis est, animi bona nullis fortunæ insidijs præripi possunt. Alia falsa, ut mũdus fortuito casu regitur.

QVARTA propositionũ diuisio est, qua alias necessarias, alias contingentes dicimus. Necessariæ sunt quando definitio tribuitur definito. Exempla supra tradidimus. Contingentes sunt, quando subiectis adiacentia tribuuntur, ut Pompeius

gloriæ cupidus est.

De oppositione.

CVM hic sit præcipuus dialectices usus, usus, ut certo animi iudicio uerum à falso discernamus, cauēdum ante omnia ne ἀμφιβολία utamur, aut dicamus repugnātiæ: eoq́ oppositionē uocāt, cū duæ propositiōes eiusdē subiecti & pdicati repugnāt. Sūt aūt hæ species: cōtrariæ, subcōtrariæ, cōtradictoriæ, & subalternæ. Oppositio

CONTRARIAE sunt duæ uniuersales, quarum altera est affirmatiua, altera negatiua. Hæ simul ueræ esse non possunt, falsæ in cōtingētibus esse possunt: ut, oēs trahimur laudis studio, Nullus trahitur laudis studio.

SVBCONTRARIAE propositiones duæ sunt particulares, altera affirmatiua, altera negatiua. Hæ simul ueræ in contingenti materia esse possunt: ut, quidam laudis studio trahuntur, quidam non.

CONTRADICTORIAE nunq̄ simul ueræ aut falsæ esse possunt. Sūt aūt aut uniuersalis affirmatiua & particularis negatiua, aut duæ singulares, ut Cicero gloria ducitur, Cicero non ducitur gloria.

SVBALTERNAE non repugnant: sunt enim aut affirmatiuæ, aut negatiuæ, & particulares sub uniuersalibus positæ. Nullus in amore sapit, Quidam in amore nõ sapit.

ADDVNT his dialectici propositionum conuersionem, cuius usus quoniam communis sermonis cõsuetudine discitur, neque late admodum patet, non est uisum præceptis iuuentutem onerare.

EX PROPOSITIONIBVS connectitur syllogismus, siue oratio in qua ex duabus enunnciationibus cõclusio necessariò colligitur. Eius mẽbra sunt tres termini, maior, minor, & medius. Maior κρινόμενον rhetoribus appellatum, in priore propositione: Minor, quæ & ἄιτιον appellatur Græcis, in secunda tantũ: Medius in utraque ponitur. Ita solum tres erũt uoces siue termini, & tres item ꝓpositiones: quarum prima maior, secunda minor siue assumptio, tertia conclusio appellatur. Vt aũt ex tribus terminis tria conficiantur pronũciata, singuli bis sumãtur oportet: ut, Omnis animi perturbatio cum naturæ statu pugnat, Omnis cupiditas, animi

gignit perturbationem, Ergo omnis cupiditas cum naturæ ſtatu pugnat.

DIALECTICO, qui ſuo quaſi iure τοπικὴν καὶ κριτικὴν ſibi uendicat, nudis his partibus rem controuerſam, ad liquidũ conſeſſumq́; pduxiſſe, ſatis fuerit. Rhetor imperitos uulgi animos non argumentationibus ſolum, uerum etiam delectatione, eloquentiæ uiribus, admiratione ac gratia in ſuam pertracturus ſententiam, locupleti ac ſpecioſo eloquentiæ lumine res obſcuras illuſtrat: et nuda ueluti argumentorum oſſa, honeſta uerborum rerumq́; pulchritudine ueſtit ac induit, ſingulis partibus ſuũ addens ornamentum, ne conciſa uerborũ humilitas contemptionem, argumẽti ſeruitus tædiũ, ſimplex ille ſermonis habitus ſatietatem faſtidiumq́; gignat.

MONENT Ariſtotelici, ex ſolis negatiuis, ex ſolis item particularibus non poſſe ſemp̃ effici ſyllogiſmum. Deinde obſeruandum eſſe, ne unquam plus in minore ſit ꝓpoſitione, q̃ fuerit in maiore: ſemp̃q́; efficiendum, ut maior ſit uniuerſalis, maiorisq́; ſubiectum id complectatur, quod

ſub eo ſumitur in minore in prima figu-ra. Iidem quid ſit de om̃i, & de nullo prædicari, regulatiua quædam principia tradunt: ut de omni dici id ſit, quoties nihil in ſubiecto ſumitur, de quo non dicatur prædicatum: ut omnis homo eſt animal, nihil ergo eſt hominis de quo non prædicetur animal, ergo & de ſingularibus, & indiuiduis idem dicetur. De nullo aũt dici id ſit, quoties idem de ſubiecto et prædicato remouetur. Non eget magnoperè his præceptis qui ſenſum communem conſulit. Natura ſiquidem eiuſmodi artis ſeminaria, ut alias pleraſque τὰς κοινὰς ἐννοίας animis noſtris inſeuit, quibus rerũ naturam peruidemus.

PORRO ſyllogiſmorum figuras tres faciunt pro ipſa terminorum οἰκονομία, & harum ſingulis ſuos ſubijciunt modos. Primam uocãt, in qua medium eſt in maiore ſubiectum, in minore prædicatum: eiuſque primi quatuor modi ſoli perfectos conſtituunt ſyllogiſmos. Et quo melius diſcerni poſſent, certa quædam artis uocabula illis impoſuerunt, qualia ſunt Barbara, cuius ſuprà poſui exemplum, Ce-

larent, Darij, Ferio. In quibus adolescentes obseruabũt propriam quandam uim inesse. Nam a uniuersalẽ affirmatiuam, e uniuersalem negatiuã, i particularem affirmatiuam, o particularẽ negatiuam significat, ut sit

Celarent:

Nullꝰ ambitiosus præsentem fortunam benignè amplectitur,
Omnes diuites sunt ambitiosi,
Nullus igitur &c.

Darij:

Omnis insidiator iure occiditur,
Clodius est insidiator,
Iure igitur occisus.

Ferio:

Nulla uoluptas flagitio parta, solida esse potest,
Tarquinij uoluptas flagitio fuit parta,
Solida igitur esse non potuit.

Mihi sanè quanq̃ horũ necessaria uideat cognitio, ad parãdam certam aliquam & rectam dicẽdi facultatem iudiciumq́;, ne tamen nouitatis quodã studio, artes pulcherrimas confudisse uidear, uisum est

ſolam iuuentutem admonere, ut alto animi ſenſu ac naturæ impetu, quam inter ſe dialectica ac rhetorica cognationẽ habeant, diligenter peruideat. Sunt eñ ſic cognata, ut pariter fortaſſe tractari, diuelli ac ſeparari non poſſint. Si qs tamen præcepta requirat, habet inſignes artifices, quos noſtra ætas magno bono publico ꝑtulit: quoꝝ cõmẽtarij cũ artis cognitionẽ, tũ etiã uſum mira felicitate oſtẽdũt.

EST autem omniũ argumentationum ea perfectiſſima, quæ græcis ἐπιχείρημα, Ciceroni ratiocinatio dicit̃, quæ ex propoſitione & aſſumptione certã elicit conclusionem, ad hunc ferè modum. Propoſitio: Sola animi bona cũ ipſa corporis fragilitate non intermoriũtur. huic ornãdæ additur ratio: Nã & ea anteactæ uitæ pleniſſimam gratiã referunt, & nominis noſtri cõmemorationẽ cũ omni poſteritate adæquãt. deinde infertur aſſumptio: Eruditio aũt atq; honeſtas animi ſunt bona. Probatio eius: Siquidem illa animos humanos noctes atque dies uirtutis ſtimulis ad omnem reꝝ pulchritudinẽ impellũt, nullis neq; tempoꝝ neq; fortunæ inſidijs

obnoxia:admonetq́ ne ea miremur,quæ uulgus temerario & cæco mentis impetu amplectit: neue beluarum more in fœdas corporis uoluptates demergamur: sed excellentiũ uirorum cogitatione cõformati,magnos atq; excelsos animos in reipublicæ administratiõe,& ciuiũ fortunis cõseruandis geram⁹ &c. Eruditio igitur atq; honestas cũ ipsa corporis fragilitate nõ intermoriũtur. Tres sunt principales partes, q̃bus interim duæ aut etiã plures partes, interim una succedit: ac ꝓinde,ꝑ ipsa partiũ enumeratione, aut tripartita, aut quadripartita, aut q̃nquepartita dicitur. Ostẽdimus in nostris cõmẽtarijs,totã Cicerõis orationẽ ꝓ lege Manilia in perpetuas ratiocinatiões esse cõiectã. Habes splẽdidissima exẽpla in oratiõe Cicerõis pro Milõe:Oĩs insidiator iure occiditur, Clodius est insidiator,Iure igitur occisus.

HVIC nõ admodũ dissimilis est ea argumẽtatio,quã rhetores collectionẽ uocãt: nisi q collectio idipsum quod ꝓponitur, inferat:ratiocinatio ex ꝓpositiõe et assumptione certã eliciat conclusionẽ.Extat illius exemplum apud Ciceronẽ in rhet. Collectio.

De enthymemate.

Enthymema. ENTHYMEMA imperfectus est syllogismus: cōstat enim ex maiore uel minore, & conclusione. Pars prior, antecedēs: posterior, consequēs appellatur, id est, ipsa complexio quæ cogit tacitam propositionem elici. Ex maiore & conclusione est eiusmodi: Qui libertatē regni affectatione prodit, eū occidi fas est: igitur Sp. Melius iure est interfectus. Hic deest minor, Sp. Melius regni affectatione libertatem ꝑdidit. Ex minore & cōclusione, Sp. Melius populari frumēti largitiōe regnū affectauit, iure igiť occisus fuit. Hic deest maior. Rhetores enthymema uocare maluerunt quod ex repugnātibus cōficereť, & proinde fortiorē haberet probationē. Tale est: Iræ obtemperare, dementis est. nihil eñ magno & præclaro uiro dignius placabilitate atq; clemētia. Et, quē alienū fidū inuenies, si tuis fueris hostis? Pro Sestio, Ei⁹ igitur uitā q̲snam spoliādam ornamētis esse dicet, cuius mortē ornādam monimento sempiterno putaretis? Cui si acuta quædam inuentio exaggerandi uel amplificandi criminis causa addere-

tur, ἐπιθύμημα rectè uocari existimabãt. Mihi illud eloquendi potius ratione, q̃ argumentandi forma connecti uidetur. Quintilianus optimum enthymema indicat, cum proposito contrario, ratio subiungitur. Erit autem maioris artis atque consilij obseruare, quando antecedens, quando consequens sit uel cõcedendum, uel negandum. Malè concesseris hoc antecedens, Medicina perniciẽ naturali ualetudini adfert. Rectè igitur ante sexcentesimũ conditæ urbis annũ nõ sunt admissi medici. Nec hic cõsequẽs ꝓbare possis, Iurecõsultorũ uulgus eloquẽtiã spernit, explodenda igitur scholis eloquẽtia. Vocant aũt rhetores ἐνθύμημα, id est, cõmentum & commentationem siue cogitationẽ, quoties sentẽtia, siue propositio cum ratione subiecta, ad causæ probationem adfertur, ut est illud Ouidij: Medici quando primũ admissi. Rhetoricum enthymema.

Quando ego non timui grauiora pericula ueris?

Res est soliciti plena timoris amor.

Sæpe in causis eiusmodi ἐνθυμήματα incidunt: multumq; gratiæ, ponderis, ac uirium simplici orationis cultui aspersa ob

idipsum adferũt, ꝙ non acri ac uehementi sensu auditorem exuscitant, sed grauis alicuius sententiæ admonent.

Inductio. *De inductione.*

INDVCTIO quã græci ἐπαγωγὴν uocãt, inuersus est syllogism⁹, siue ratiocinatio, quæ ex multis singularibus partibus, uel formis unam aliquam uniuersalem colligit propositionem. Miram hæc adfert rebus obscuris lucem, & consensionem facillimè meretur, quoties sine ullo dissimili exemplo colligitur. Nã & naturæ quendam ordinem sensuumq́ʒ iudicia sequitur, & rei ipsius ueluti imaginẽ sub aspectum proponit. Ex singularibus tale est: Romulus regni consortem fratrem Remum, Getam Antoninus, Pompeiũ Cæsar, Antonium Augustus ferre non potuit. Nullus igitur regni consortẽ ꝑferre potest. Ex formis est illa, Vsu grãmatica, usu rhetorica, usu dialectica, usu musica, usu arithmetica discit. Oẽs igitur artes liberales exercitatiõe atꝗ usu ꝑdiscunt. A partib⁹ ad totũ similima est collectio.

Exemplum. *De exemplo.*

EXEMPLVM ex enthymemate nasci-

tur, quemadmodũ & similitudo cognata est enthymemati: numeratúrque inter argumentorum locos, & argumentandi formas. Vt Apelles ob solam studij similitudinẽ Protogenẽ pictorẽ in collapsam dignationẽ restituit. mutua igitur animorum cõsensio & uolũtas inter eos cõstare debet, quos studiorum similitudo cõiunxit.

De complexione. Complexio.

COMPLEXIO, græci διλήμματον uocant, est, cum rem unam in duo opposita diuidimus, & utrunque deinde uel affirmamus, uel negamus, ut uxor ducenda uel pulchra, uel deformis: pulchra, ad procreandam sobolem: deformis, ad exercendã mariti continentiã. Qui utrunque negare uoluerit, dicet: Pulchrã nobis cũ cæteris cõmunẽ, deformẽ fastidio fore. Vsus ea in hũc modũ Cicero in oratione pro Sylla: Hic tibi ego de testimonijs meis hoc respondeo. Si falsum dixerim, te in eos dixisse: sin uerũ, non esse hoc regnare, cũ uerum iuratos dicas probare. Terentius in Phormione: Ego nullo possum remedio me euoluere ex his turbis, quin si hoc celetur, in metu: si patefit, in probro siem.

Ouidi⁹ in epiſtola Acōtij ad Cidippen:
Promittes uotum? ſcit te p̄mittere falſo.
Iurabis? ſcit te fallere poſſe deos.
Vſum huius creberrimum eſſe in refutandis teſtimonijs, indicat præter alias illa Cicerōis oratio pro Lucio Valerio Flacco. Extat & talis apud Paulum in l. Iulianus. ff. de condict. indeb.

De enumeratione.

Enumeratio. ENVMERATIO eſt, in qua pluribus expoſitis, cæteris deinde remotis, reliqua neceſſario confirmantur, ut eſt illa Ciceronis pro C. Rabirio: Atq uidemus hæc in rerum natura tria fuiſſe, ut aut cum Saturnio eſſet, aut cum bonis, aut lateret. Latere, mortis erat inſtar turpiſſimæ: cum Saturnio eſſe, furoris & ſceleris: uirtus & honeſtas & pudor, cum conſulibus eſſe cogebāt. Hoc tu igitur in crimen uocas, q cum ijs fuerit C. Rabirius? quos, amentiſſimus fuiſſet, ſi oppugnaſſet: turpiſſimus, ſi reliquiſſet. Talis eſt & apud Ariſtotelem ad hunc ferè modum: Cognoſcēs aut mens eſt, aut dianœa, aut opinio, aut phantaſia. Sed neq; mēs eſt, neq; opinio, neque phantaſia: reſtat igitur ut

ſit dianœa. Quintilianus libro quinto uo cat argumentorum genus ex remotione, hoc exemplo uſus: Hic ſeruus, quem tibi uendicas, aut uerna tuus eſt, aut emptus, aut donatus, aut teſtamẽto relictus, aut ex hoſte captus, aut alienus. Deinde remotis prioribus, ſuperit alienus. Huius enumerationis uis ea eſt, ut collatis omnibus partibus, aduerſarÿ actionem cũ uerecundia premat: & contrà, ſi unum quodlibet fuerit omiſſum, rẽ uniuerſam cum riſu diſſoluat. Accedunt autem uel fidei, uel exornationis cauſa ſingulis partibus ſuæ probationes, qualis eſt illa Ciceronis omnibus circũſtantÿs mirabiliter amplificata in oratione pro Lucio Valerio Flacco, qua Græcorum deſtruit criminationes, in oratione item pro Sexto Roſcio Amerino.

De ſorite.

HABET nonnullam cum enumeratione ſimilitudinẽ ac cognationẽ ea, quã σωρεί την græci, Cicero aceruualẽ uo cat ſyllogiſmũ. Eſt eñ qdam uocum aceruus ad formã κλίμακος figuræ, quo aliquid gradatim aut additur, aut demitur. Eius autor

Aceruualis ſyllogiſmus. Sorites.

Chrysippus stoicus,

fertur Chrysippus stoicus. Cicero eo usus ad hunc ferè modum est in oratione pro P. Valerio Flacco; Si pecunia Flacco perscripta sit, dedit eam prætor. Prætor si dedit, à quæstore numerauit: quæstor à mensa publica: mēsa aut ex uectigali, aut ex tributo. Hæc nisi explicentur, consentaneum erit pecuniam Flacco non esse numeratam. Idem lib. iij. Tusc. quæst. probaturus nec in fortē, nec in sapientē uirū cadere ægritudinē: Qui fortis est, inqt, eū necesse est magni esse animi &c. Ex causis & effectibus sic cōtexitur; Iurisprudentia est necessaria ad reipublicæ administrationem, reipublicæ administratio ciuilis uitæ retinet communitatem, uitæ communitas officiorum tuetur religionem, officiorum religio in concordia ciuitatem retinet, ergo iurisprudentia ciuium tranquillitatem conseruat. Commendatur in ijs præcipuè sorites, quæ necessariò cohærent. Natura enim argumentationum non patitur, ut quæ dissimilia sint, inter se connectantur.

Argumentatio per subiectionem,

De argumentatione per subiectionem.

PLENISSIMVS iudicij fructus est, quā

res omnes inter se habeāt cognationem, animo peruidere. Paratur enim hinc cum studiorum, quibus immensus alioqui labor uix erat suffecturus, mira felicitas: tū constans quædā ac certa rerum pulcherrimarum cognitio. Suprà ostendimus, argumētationē et ratiocinationē siue syllogismū sola conclusionis forma differre: inductionem nihil aliud nisi inuersum, enthymema uerò imperfectum esse syllogismum. Enthymemati cognatum exemplum: nam complexio proprium qddam habere uidetur. Hic admonenda iuuētus, magnam esse naturæ similitudinē enumerationi cum subiectione: nisi ꝙ illa ex omnibus suis partibus collecta, necessariam efficit cōclusionem: hæc autem ipsa interrogatiōe ea solum, quæ ad rem pertinent, remouet, nullam certam conclusionis uim inferēs. Vtitur ea frequentius Cicero in aduersariorum hypophoris diluendis, ut pro P. Sylla: Cur dixisti testimonium in alios? quia coactus. Cur damnati sunt? qa creditū est. et ꝑ M. Fonteio: Quid ut sequuti esse uideamini? uoluntatem'ne hominū? grauior igitur uo-

bis erit hostiũ uoluntas, q̃ ciuium. an dignitatem testium? potestis igitur ignotos notis, iniquos æquis, alienigenas domesticis, cupidos moderatis, mercenarios gratuitis, impios religiosis &c. anteferre? Talis quoq; est & in oratiõe pro Sexto Roscio Amerino. Exhæredare &cæ. In Pisonem: Da te populo, committe ludis, sibilum metuis? ubi sunt uestræ scholæ &c.

De uiolatione.

Violatio. ARGVMENTATIO per uiolationem, Græcis τὸ βίαιον dicitur, qua aduersarij rationem diuersa plane sententia destruimus. Vt si dicas: Leges non sunt perdiscẽdæ, quòd eloquentiam corrumpant, imò ob id maximè sunt perdiscendæ, quòd exhubere illa ac profluenti legum cognitione eloquentia confirmetur. Vsus ea Cicero ad refutandam Quinti Catuli sententiam in oratione pro lege Manilia. Habes præclarum exemplum apud Aulum Gellium libro undecimo, capite decimoquarto. Et pro Publio Sylla, Regum est dicere in quem uelis, ac defendere quẽ uelis; imò seruitus est, nõ dicere in quem uelis, ac non defendere quem uelis. Ex-

tant pulcherrima Cratetis Cynici, & Metrodori epigrãmata de humanæ uitæ cõmodis, & malis in hanc uiolationem coniecta, quę aſcribere huc nolui, quòd apud [redacted] quoq; in prouerbio, Optimum non naſci, aut q̃ ocyſſime aboleri, cõmemorentur. Habet aliquam cum hac cognationem captioſa illa & reciproca argumentatio, à græcis ἀντίστρεφον appellata, cuius exemplum refert Aulus Gellius cap. decimo lib. v.

De confutatione. Confutatio.

CONTENTIONIS nomine Cicero & cõfirmationē & cõfutationē cõphēdit: nec eſt in utraq; argumētorũ ac eloquutionis diuerſa ratio, niſi q̃ confutatio plures in defendēdo, trãsferēdo, atq; excuſando crimine habet flexus, & affectus aliquãto mitiores. Quod in cauſa fuiſſe Quintilianus putat, ut accuſationibus mediocres in dicēdo ſuffecerint: defenſor bon⁹ nemo, niſi q eloquētiſſimus fuerit. Principio igit̃ uidendũ, poſſit ne quod obijcit̃, aut negari, aut alio appellari nomine, aut iure defendi, aut transferri. Nã deprecationē apud iudices ſecũdũ leges ſentētiæ dictionem

habituros, periculoſam eſſe diximus. Infi-ciatio tutiſſima ſemp fuerit, quēadmodū periculoſiſſima confeſſio. Hæc ſi non de-tur, proximū erit à definitiōe præſidium quærere. Quæ negari aut alio definiri no-mine non poſſunt, iure defendenda aut trāsferenda erūt, hoc eſt, uel in ætatis aut tēporis, aut quanuis aliá cauſam regeren-da: exemplo Ciceronis, qui proſtitutam Cælij iuuentutem, atq; omnibus libidini-bus affluentem, partim temporis, partim adoleſcentiæ, cuius erumpentes uolupta-tes faciliorem ueniam merentur, fuiſſe di-cit: aut in ſimilem aliquam aduerſarij re-prehenſionem remouēda. Eiuſmodi ſunt quinq; illæ criminationes, ſiue ἀντικατηγο-ρίαι apud Ciceronem pro Q. Ligario ad-uerſus Tuberones. Eſt autē ἀντικατηγορία mutua recriminatio, cuius exemplum ha-bes apud Papinianum lib. pandectarum 24. l. uiro atq; uxore. tit. ſoluto matrimo. HIS OMNIBVS ſuccedunt duæ il-læ nō tam firmæ, q̄ interim neceſſariæ ra-tiones. Criminis, quod apertius ſit q̄ ut ne-gari, & turpius quàm defendi poſſit, ele-uandi; & ab eo, cuius non facilis ſit defen-

sio,in locum aliquem communem transferendi. Vsus ijs Cicero pro Roscio atque Deiotaro. Deliberandum etiã cum ipsa causæ utilitate,simul'ne cuncta inuadere, an singula amoliri utilius sit. Nam quemadmodũ in subita trepidatione,effusa illa militum eruptio uictoriæ sæpe fuit, ita ipsa turba nonnunquam obruimus, quæ tamen singula difficilius fuerat resoluere. Quæ palam falsa,aliena,cõtraria, aut stulta erunt, uel ideo nullius est artis refellere,quòd ab aduersario nõ probẽtur. Non enim psephismata testium esse,sed fremitus quosdam furiosos egẽtium,calumniatorum,& temerarios motus asseuerabimus. Erunt autem honestiora uestibula, illustrioresq; ad causæ commẽdationem aditus,si prima aggressione firmum aliquod argumentum ac uehemens occupemus,cætera facile infirmaturi. Cuius rei unum aliquod præceptum dari non potest,uaria enim & artificiosa tractatione iudicis animus erit subeundus. Quædam proponẽda,allata quare id ita sit ratione: quædam dissimulanter relinquenda, ne factata,suspiciones excitent:qua in re plu

rimum ualet ἀποδίωξις. Occulenda interim argumentorum puncta, ne uel superstitiosius obseruari, uel nũero excipi possint, ita tamen ut re distincta, uerbis confusa esse uideantur. Omninoq́; agendum, ne uel artẽ iudex intelligat, uel rerũ perturbetur confusione. Reliqua suos habẽt locos cõmunes. Nam aut coniectura, aut finitione, aut qualitate excutiuntur. Testimonia, præiudicia, & exempla si controuersa sint, nugatoria: si uera, dissimilia esse affirmabimus: quæ dura sunt, molliem⁹, eritq́; artis inuenire in aduersarij actione, quæ inter se repugnãt. Pugnãtia esse Cicero ostendit, uenenum Clodiæ esse à Cælio paratum, quod odij argumentum erat: & stupri commerciũ inter eos intercessisse, pecuniamq́; mutuũ datam, quod amoris erat indicium. Idem L. Valerium Flaccum repetundarum reum, testiũ criminationibus excipit, per locum repugnantium. Non est, inquit, uerisimile Decianũ à Flacco esse corruptum, uel quod ait Luceius, L. Flaccum sibi dare cœpisse, ut fide se abduceret, sestertium uicies. Et cum tu accusas auaritiæ, quem dicis se-

stertium uicies uoluisse perdere? Torquato quoque actori absurditatem uitiumq; oratoris criminose obijcit, tãquam secum pugnanti: Nihil est, inquit, tam alienum ab eo, qui alterum coniurationis accuset, quàm uideri coniuratorum pœnam mortem'que lugere. SED FIDEI quoque conducit de causa optimè sentire, quæ res quantum patrocinij habeat, uel ex Ciceronis orationibus cognosci potest. Neq; difficilis esse potest refutatio ei, qui causæ circunstantias, & quibus argumentis aduersarius nitatur, animo teneat: obseruabitur'que hic ordo, ut acturi nostra primum cõfirmemus, quod & natura præscribit: ac tũ, quæ nostris obstãt refellamus: defensuri, cõtradictiones ante probationem nostram refutemus. Vides hunc modum peculiarem fuisse Ciceroni, cuius exemplum ubique sibi proponet iuuentus. Sed hunc locum uniuersum nemo recte consequetur, nisi qui ea, quæ iureconsulti de exceptionibus & replicationibus tradunt, ad cognitionem usumq; referat.

HIS OMNIBVS succedit altercatio,

διαδικασία.
quæ Græcis διαδικασία appellatur: (siquidẽ iudiciũ tãq̃ sanguis in corpore humano circa omnes orationes partes uersatur) Ea non rarò patroni fidem cõmendat, & plerisq; in causis ad uictoriam non parũ adfert momenti. Explicatur autem partim natura, partim præceptis. Nam in eleuandis aut contemnendis ijs, quæ econtrario dicũtur, opus est celeri naturæ motu, ingenio mobili, & animo multo rerũ usu subacto. Et artis est, causæ quæstionẽ non familiariter modò didicisse, uerumetiam personarũ, temporum, locorum, signorũ, instrumentorumq; plenissimam habere cognitionem.

Pręcipua patrocinij fides

PRAECIPVE autem patrocinij fides commendatur animi modestia: quare uidendum ne bonus orator affectibus depulsus, in rixam atq; iracũdiam labatur. Nam est res præduri oris, & frontis pfrictæ, & improbæ propemodum, quod probationum fide obtineri debeat, ingenti clamore confundere atq; perturbare. NEC ALIVD est æque turbulentum, æque concisum, ac concitatioribus deniq; affectibus laceratum, atq; mẽs ira percita, Fertur enim ex

tra rationem, nec minorem causæ quàm & amicitiæ, cuius communitate omnia humani officij genera conseruantur, perniciem adfert. QVID ENIM tum insigne, tum stabile ad memoriæ diuturnitatem, quàm animus ex iniuria & oppressione ægrotās? cum ipsa etiam beneficia usu excidant, & obliuione intermoriantur: contumeliæ uerò ac cōuicij dolor semel animo inustus, uix unquam cum ipsa uita obliteratur. Traducēda igitur & cōuertenda altercatio ad aliquam moderationem, ut eius asperitas dicentis humanitate, remissio uero grauitate condiatur: ut quæ prosint, in ijs immoremur, in ijs mentem orationemq́; defigamus, ibi habitemus, ibi hæreamus: referamusq́; ab ijs, quæ offendunt, celerrimè pedem: uana etiam spe aduersarium lactatum, in errorem & fraudem abducamus. Quæ uehementius premunt, sic erunt pmittēda, ut nihil de uictoria concessisse uideamur. Dāna affectæ mentis. Sententia.

De peroratione.

PERORATIO postremum uincendi præsidium habet, ut iudex in consilium iturus, non ratione solum aut iudicio, sed Peroratio.

impetu etiam animi inflammatus, in cau sæ nostræ commendationem totus pro- pendeat. Eius uis est in rerũ enũeratione, quã ἀνακεφαλαίωσιν Græci uocãt, & affe- ctibus. Enumeratio rerũ personarumq; argumenta per totã orationẽ sparsa atq; diffusa unum in cumulum cogit, & uelu ti sub iudicis aspectu subijcit, ut quæ sin- gula minus mouerint, turba ualeãt. Hæc breuis & cõcisa esse debet, & uarijs cum sententijs, tum figuris illustrata: nec sen- su solum ac dicendi ratione expolita, sed leni quadã actione, significandiq; facilita te in hoc adhibita, ut languentem iudicis animũ ipsa admonitione excitet, & me- moriam reficiat rerum repetitione. Ca- dẽdum enim formula, & calamitosissimi hominis sors misera subeũda reo, nisi hac in parte, quæ sola superest, iudicis animũ atq; sensus ab omni alia cogitatione cu- raq; auersos, in causæ nostræ commenda- tionem, ac fauorem traducamus. Quæ au tem fauorem, inuidiam, misericordiam & odium concilient, ex causarum perso- narumq; adiũctis sunt eruenda. Nã & re- us dignitate animi, honestissimis studijs,

Partes enumerationis.

Peroratio qualis esse debeat.

officijs in usum publicum collatis, fide, diligentia, gratia, atque existimatione nominis commendatur: interim etiam futuræ utilitatis exurgentisque uirtutis spes faciliorem præbet ueniam. Cicero M. Fonteium cum propter generis claritatẽ, tum propter eius innocẽtiam, & summam in re militari uirtutem ac felicitatem, qua respublica magnopere egere, permultis uidelicet bellorum ducibus amissis, uidebatur, suis reddendum esse amicis contẽdit. Et aduersarij actio in odium & inuidiæ motus trahẽda erit, ut atrox, cupida, illiberalis, iniusta ac impia denique uideatur. MISERICORDIAM cũ graues humanarum miseriarum casus, tũ afflicta atque supbè prostrata innocẽtia mouere solet. Ei⁹ loci pcipuè sunt suscepta p reip. libertate pericula, lachrymæ, sexus, ætas parẽtũ liberorumque solitudo, locus, tẽpus, cõditio: quæ ipsa ueluti futuræ uitæ imagine in uarios affectus iudicem rapiunt. Quæ misericordiã excitẽt

CRESCVNT HAEC atque incitantur amplificationibus, & fictis personarũ orationibus, quibus summ⁹ ille orator M. Tullius tantã cõcitasse uidet & cõmiseratio-

nem & indignationem, quantam nulla mens humana concipere possit. Extant passim illius exempla. Recte autem praecipitur, ut primum ipsi eos animorum affectus nobis induamus, quos iudici simus adhibituri; hoc est, ut iudicis mentem omni affectuũ inflammatione, ac ueluti facibus incẽsuri, prius ipsi ardeamus, ardentisq; animi atq; doloris signa uerbis, sententijs, uultu, pronunciatione, deorũ hominumq; imploratione, deniq; collachrymatione demus: quod partim ex ipsius orationis, quae mouendis affectibus accommodatur, ui ac natura consequemur: partim etiam ipsa illa solicitudine, officio, diligẽtia, fide ac pietate obtinebim⁹. Quae omnia optimus quisq; & de nominis sui existimatione, in tanta hominũ cõcursu, & grauissimis amicorũ periculis maximè anxius, sibi imponere debet. Deinde ut animo & cogitatione ad ea nos cõuertamus, qbus iudex ad causae cõciliationem uel rei offensionẽ permouetur: qui si integer sit ac quietus, cõmouendus: si sua ipse sponte permotionem animi ostendat, incitandus erit. Postremò ne incensos illos

Quid in mouendis affecti b⁹ obseruãdũ

affectus frigescere patiamur: aut longum alienis in malis mœrorē speremus, quan do lachrymæ, ut ait Apollonius Rhodi- us, citissimè inarescant. Apollonius Rhodius.

SVNT AVTEM affectus duplices, τὰ πάθη, καὶ τὰ ἤθη. in his, operis huius spiritus ac ueluti anima consistit, quando priora illa mediocris oratoris uideri possunt: hæc nō nisi magnis ingenijs ac maiore quodā nu- mine afflatis contingunt. πάθος uehemēs, cōcitatus, incēsus & tragicus est affectus: aptus non tantū ad animorū perturbatio- nem, iram, odiū, inuidiā, miseratione, in- iurias exaggerandas, sed aliquanto magis ad eripiendas causas, conuertendum iudi cē, aduersarios de statu omni dejciēdos. quo Cicero in propugnatione familiaris rei usus, in stuporē & silentiū adegit Hor tensium, Catilinam audacia & scelere fu- rentē ex urbe depulit, Leges agrarias ma gnis populi motibus iactatas conuellit, supplicationes in toga meruit, totum fe- rè forum lamentatione & plangore com pleuit, Cæsarē ab indignationis uehemē- tia & destinata Quin. Ligarij oppressione flexum animo atq; fractum, in mansuetu-

In affectibus eloquētiæ uis continetur.

Incredibilis Ciceronis uis incōmouēdis affectibus.

dinem misericordiamque conuertit. FORMAE eius multæ sunt apud Macrobium Saturnaliorū lib. 4. ἦθος moderatior est affectus, in quadam commendatione atque excusatione positus, ac proinde accōmodatus comœdijs, in quibus humilium personarū studia, uoluntates, amores, auaritiam, conditionē & pleraque alia describimus. Vtriusque ratio naturalis est, & obuia ei, qui causæ personarumque circūstantias animo bene conceperit, aut non planè inertissimæ sit mētis. Aristoteles sanè, Cicero, & Quintilianus, mirabiliter multa de ijs scripserunt. Eleganter Antonius apud Ciceronem in libris oratorijs explicat, quibus artibus C. Norbanū, nefario crimine & capitali fraude depressum, cōtra summā Sulpitij & eloquentiā & gratiam, affectis magis iudicū animis, q̄ doctis defenderit. Quintilianus li. 6. eū in affectibus mouendis potentissimū fore existimat, qui φαντασίας & absentium rerū imagines, alta quadam mentis solicitudine conceperit. Efficit enim hæc commentatio, ut cū plurimis, tum uerissimis permoueamur affectionibus. Nam & Cicero, ut

Quæ in comœdiis describuntur.

Qui de affectib' scripserint

cæteris mouendis motibus egregiè antecellere uideretur, non ingenio, sed dolore se assecutũ fatetur. Flaccescit enim oratio cum animi ardor subsidet.

SED NON semper tristibus eiusmodi affectibus iudicis animum ab intentione deflectimus: interdum etiam iucundo risu, uerborum urbanitate, orationisq; hilaritate graues rerum casus dissoluimus: & quæ cõtentione infringi nõ possunt, faceto eleuamus lepore. Nã ut Cicero Quin. Ligarij, & L. Murænæ præter cæteros defensionem uehementi affectuũ permotione insecutus plerisq; uidetur, ita & ioci opportunitate Minutiũ quendã, referente Plutarcho, & L. Flaccũ iudicũ manibus eripuit. Sunt enim suaues & uehemẽter utiles facetiæ: quæ licet naturæ magis & obseruationis cuiusdã q̃ artis esse uideãt, ijsdẽ tamẽ ex locis q̃bus superiora illa ducũtur. Nã & inuẽtionẽ habẽt cũ apta dispositione, & elocutionẽ uarijs cũ figuris, tum uerbis illuminatam. Pronunciatione certè & uultu plenissimam merentur & gratiam & admirationem. Oriuntur autem aut ex corpore eius, in quẽ dictum ri Facetiæ.

diculumq́; iacimus: aut animo, qui factis dictisq́; colligitur: aut quæ extrinsec⁹ adferuntur. intra hæc enim omnis acuta reprehẽsio, omnes facetiæ consistunt. Quæ si ioci causa tantũ, & sine ullis contumeliarũ aculeis assumantur, leues sunt, & uel expositione, uel dicto aliquo notantur. Cuiusmodi sunt fuga illa Fabricij apud Ciceronẽ pro Cluentio, & Neronianũ illud de seruo furace, cui nihil erat domi obsignatũ. Item illud Agesilai, qui claudo militi & equum sibi propter corporis infirmitatẽ quærenti respondit, in bello opus esse non qui fuga castra deserant, sed loco pugnent. At cũ acrem habent reprehensionem, & uehemẽtem corporis animiq́; insectationem, graues dicuntur. Tale est dictum illud Domitij Afri aduersus Longum Sulpitium fœdissimum hominem: Qui malam faciẽ habet, liber non est. Cicero propugnaturus L. Valerij Flacci salutem, cũ aduersarius Dorilensis cuiusdã mortẽ repentinã in pnicie Valerij Flacci cõuerteret, eũq́; homicidij scelere alligaret: grauẽ criminationẽ faceto scommate dissoluit, cædis inuidia in accusatorẽ trãs

lata. Homini enim Phrygi, inquit, qui ar borem fici nunq̃ uidisset, fiscinā ficorum obiecisti: cuius mors te ex aliqua parte re leuauit. Edacem enim hospitem amisisti. Simili ioco in eadē oratione ostendit fal- sum esse quod aduersarius dixerat Falci- dio cuidam, ut suo testimonio Flacci di- gnitatem conuelleret, denunciatum non esse. Tu certe inquit, coegisses, si ullum fir mamentum in illo teste posuisses, sed ho- minē ab negocio abducere noluisti. Ma- gnū erat ei certamen propositū, magna cum græcis contentio, qui tamen ut opi- nor iacent uicti. Nam iste unus totam Asi am magnitudine poculorū bibēdoq; su- perauit. Valde urbanus & uenustus ille, sed tamen cū agri insectatione coniūctus est in P. Clodiū iocus. Homo, inquit, face tus inducis etiam sermonē urbanū & ue- nustū: me dicere solere, esse me Ioué: eun dem dictitare, Mineruā esse sororē meā. Nō tam insolens sum, qui Iouem esse me dicā: non tam ineruditus, qui Mineruam Iouis sororem, meam esse sororem existi- mem: sed tamen ego mihi sororem uirgi nem ascisco, tu sororem tuā uirginē esse

non fuisti. Sed uide, ne tu te debeas Iouem dicere, quòd tu iure eandem sororem & uxorem appellare pòssis. Quando autem iocus omnis in turpiculis ac deformibus ferè ponitur, habenda ratio personæ, rei, loci, ac temporis; ut ita dicacitatis moderatione nostram tueamur existimationem, ne cæco quodam & celeri facetiarum studio, aut mimorũ ethologorum imitatione decepti, in scurrilem dilabamur dicacitatem. Parcendum ante omnia & amicitijs & dignitatibus, uitandæ'que insanabiles contumeliæ & in nostram perniciem redundaturæ: tantũ ridiculi aculeo figẽdus ac ueluti pungendus aduersarius, nec tamen omnis, nec semper: ne animi ex inuidia laborantis & ipsa maleuolentia, ieiuni documentum præbeamus. Nam sicut in testẽ stultum, cupidum, leuẽ & improbum multa iacere dicta, oratoris est nõ mali, & respõdẽtis magis q̃ lacessentis: ita inhumanæ est insectatiõis, insignẽ aut improbitatem aut miseriã risu incessere; cũ nihil sit æquè naturale, atq; humanis casibus in tã incerta ac misera hoĩm sorte ĩgemiscere,

Iocus in turpiculis ferè uersatur.

QVARE diuerfa etiam eorum, quæ ri- fum mouent, eft appellatio. Nam quod in ciuili fermone pofitum eft, urbanum uocamus: quo Cicero aduerfus Decianũ fordidum hominẽ, & teftem inimicum L. Valerio Flacco ufus. Longo, inquit, in teruallo, fi quando tibi peregrinari com- modum eft, Romam uenis, adfers faciem nouam, nomen uetus, purpurã Tyriam, in q̃ tibi inuideo, ꝙ unis ueftimentis tam diu laut⁹ es. Venuftũ uerò id eft, quod cũ Venere ac lepôre dicit. Salfum fimplex quoddã ac ridiculũ fermõis eft genus. Fa cetũ plus habet et rifus & exultæ elegã- tiæ. In hoc genere Plaut⁹ & pleriq; Atti- ci comici, Socraticiq; præcipuè funt uer fati, & à Catone fene collecta etiam ἀποφθέγματα. Maxima enim rerum momen ta diffoluit illa celeritas ac breuitas cũ la- ceffendi, tum refpondendi, faceta qua- dam ac fubtili uenuftate coniuncta. Di- cacitas acrem quandam habet reprehen fionem. Magnam ioci materiam præ- bent ἀμφιβολία, ἀπροσδόκητον, παρανομασία, ἐτυμολογία, παροιμία, ἀπόλογοι, μεταφοραὶ, εἰρωνείαι, uerfus itẽ ac fimilitudines.

Vrbanum. Venuftum. Salfum. Facetum. Dicacitas.

Quorum omnium selecta exempla habes apud Ciceronē libro de Oratore tertio, multa apud Quintilianū libro sexto, plurima apud Erasmum in libro Apophthegmaton. Mihi sanè animum ad rectam illam ac ueram ciuilis uitæ rationem referenti, illiberalis uidetur immodica illa captandi risus affectatio, & indigna homine politico, qui reipublicæ bene gerēdæ sit propositꝰ. Quare his orator ita utetur, ut q̄ minimū decerpatur & grauitatis et dignitatis, atq; omino, ut uitet illiberale, petulans, flagitiosum, & obscœnum iocandi genus.

Dispositio.

De dispositione.

NVLLAM partium oratiōis pleniorem ingenij laudem, nullam certiorem uictoriæ spem, nulla deniq; plus lucis, atq; admirationis parit, ipsa illa recta & multo animi iudicio pertractata, rerū locorumq; collocatio, quam Græci οἰκονομίαν, Latini dispositionem uocant. Nam cum maxīa sit omnibus in rebus collocationis uis, tū illud uel præcipuū prudētiæ est munus, ordinem quem ipsa causarū natura præscribit, diligēter & cū decore obseruasse,

Diffunditur enim ſuis quaſi partibus cō-
ciſa, prorſusq́ perit exuperās illa rerum
copia, niſi apta diſpoſitione deuinciatur.
Et quemadmodum magna ſæpe rerum
diſcrimina, in ſumma deſperatione, ceu
quodam malorum diluuio, ſolo exercit⁹
benè cōſtituti ordīe depulſa eſſe uel una
Tarētina clades docet: & contra turbatas
inuicem copias exitio ſibi fuiſſe ſatis con
ſtat; ita orationis cōpoſitio, niſi apta con-
texatur diſpoſitione, ſine ratione fluitat,
dicentisq́ impetum potius q̄ conſiliū ſe-
quitur. Rectū quoq; Plinij iudicium fuiſ
ſe, conſtans grauiſſimorum hominū con
ſenſio affirmat, q barbaros homines in-
uenire quædam uel magnificè, uel mira-
biliter putabat, atq; proūnciare aptè: diſ-
ponere uerò atq; eloqui, proprium eru-
diti ingenij eſſe & longo humanarū arti
um uſu exercitati contendit. Sed in tanta
litium uarietate ac infinitis controuerſi-
arum formis, non facilè eſt unam certam
aliquam diſponendi uiam tradere. Cogi-
murq́ inuētionem, iudiciū, conſiliumq́
ex præſenti rerū cōditione petere, natu-
ræ ordinem ſequuti; ideoq́ pauca quæ-

dam eius monita explicāda, quæ tamen ipsa causæ cedent utilitati. Nam & Cicero utiliter pro Milone & Sylla obiectas criminationes, ante causæ expositionem ac confirmationē refutauit, in disponendisq; argumētis non artem, sed causæ utilitatem sequutus passim uidetur. EST

Dispositio quid.

autem dispositio apta partium orationis argumētorumq; distributio, cuius ratio est duplex. Alteram eñ causarum nobis natura præscribit, alterā oratoris comparat iudiciū. Prior leuis prsus ac puerilis est, ut primo loco auditorū beneuolentiā, attētionē et docilitatē captemus: initio fauorabilē quādā sentētiā, quæ græcis πρότασις uocaẗ, ad causæ officijq; nostri pona m⁹ cōmēdatiōem, cū ei⁹ ratiōe subiecta, quæ αἰτία siue κατασκευὴ appellaẗ. Atq; huic subijciatur ἀπόδοσις prioris sensus redditio, et quædā ueluti enthymematis cōclusio. Deiñ pleptico sadduersatiuas hypophoras occupem⁹, aut breui amplificatiōe causæ nr̃æ cū magnitudinē, tū honestatē expoliam⁹, postremò ἀξίωσιν, id est, petitionē siue exordij clausulā inferam⁹. Hunc eñ ordinē & Demostheni & Cice

roni uideo fuisse familiarē. Secūdo loco rē de qua dimicatio est exponamus; expositā nr̄is cōfirmem⁹ p̄sidijs, destruamusq́ꝫ refutādo cōtraria. Postremo perotemus. Atq́ꝫ hūc naturæ ordinē supra ostēdim⁹.

IN RELIQVIS scriptis diuersa est ordinis ratio. Nam in historia, quam ueritatis lucem, ac memoriæ uitam Cicero appellat, naturalem sequimur ordinē, qui temporis ratiōe rectè obseruata in primis cōmendatur. Est enim perpetua quædā narratio, crebris digressionibus in causas rerumq́ꝫ euētum, in locorū ac hominū descriptiones amplificata.

POETAE IN rerum gestarum expositione studio sibi habēt, ut primo loco historiæ imaginem quādam propositione exprimant, ut Arma uirumq́ꝫ cano: propositioni deinde deorum inuocationem subijciant, qualis est, Musa mihi causas memora, &c. ac tū demū narrent, ut: Vrbs antiqua fuit, Tyrij tenuere coloni, Carthago. Homerus in utroq́ꝫ suo opere inuocationem & propositionem coniunxit. Dispositio historiæ.

Μῆνιν ἄειδε θεὰ πηληϊάδεω ἀχιλῆος
οὐλομένην, ἣ μυρί' ἀχαιοῖς ἄλγε' ἔθηκεν.

Lucretius item poësin suam de rerũ natura, exorsus est ab inuocatione deæ Veneris. Lucanus mutato ordine, secundũ propositionẽ et narrationem inuocauit: Nec si te, inquit, pectore uates Accipiam &c. Cæterum rerum ordinem non à primordijs urbis conditæ, ut historiographi, sed medijs sæpe rebus incipientes perturbãt, et periculi magnitudine, et multiplici rerum uarietate, ancipitiq́ꝫ euentu oĩa reddant augustiora.

Oeconomia comœdiarũ.

COMICI sua δράματα in πρόλογον, πρότασιν, ἐπίτασιν, & καταστροφὴν distribuunt. Prologo fabula commendatur, aut excusatur poëta. Terentio πρόλογος συστατικὸς καὶ ἀναφορικὸς, id est, commendatitius & relatiuus, ad regerenda in aduersariũ maledicta: Plauto ὑποθετικὸς, fabulæ argumentũ exponẽs, est familiarior. πρότασις fabulæ habet occasionem & argumentũ, quo populi expectatio concitatur: senũ item item consilia, & graues pro tempore sententias, consiliorũ inopinatos euentus, uehementes querelas & affectus, seruorum perfidiam, amores adolescentiũ, mulierecularũ lenocinia, in summa ima-

ginem quandam ac imitationẽ uitæ consuetudinisq́ humanæ. ἐπίτασις totius erroris importunitatem turbarumq́ habet processus, magna cum personarum omnium perturbatione, eoq́ τὴν τοῦ δράματος στάσιν ostendit. καταστροφὴ insperatam rerum ad iucundos exitus conuersionem habet, cuius hæc ferè œconomia est, nullo ut humano consilio, sed inopinato, temerario, ac propè ridiculo euẽtu graues sæpe turbæ sedentur.

CONTRARIVS omnino huic tragœdiarũ est ordo, de quo pleraq́ multa extant apud Aelium Donatum.

DIALOGORVM liberior est ordo, & rerum personarumq́ qualitati accommodatus. Præcipuè tamen occasionis consiliorumq́ opportunitate cõmendatur. Mirus eorũ est artifex inter Græcos Lucianus, inter Latinos Erasmus Rot.

Quam dispositionẽ dialogi habeant.

MEDICINAE artium scriptores contrarias dissentientium sententias primum refellũt, quẽ ordinẽ ubiq́ ferè sectatur Aristoteles in physicis, & Galenus, secũdum Hippocratẽ, medicorũ princeps. Et qatriplicẽ faciũt artis diuisionem, ac primam

in μεθοδικὴν, ἐμπειρικὴν, καὶ θεωρικὴν: Alterã in φαρμακευτικὴν, διαιτητικὴν, & χειρουργικὴν ab Hippocrate prius cultam: Tertiam in ὑγιεινὸν καὶ θεραπευτικὸν secant: non unum omnes ordinem sequuntur circa diuersas artium partes laborantes. Frequenter tamen corporis sectiones hominumq; habitus proponunt, extatq; pulcherrimus Galeni liber περὶ τῶν ὑγιεινῶν. Ab homœomeris deinde ac anomœomeris trãsitum ad morborũ causas, symptomata, & remedia faciũt. Plinius naturalẽ historiam à cælo exorsus, ad terræ partes & regiones, postea etiam ad animantia et inanima orationẽ deflexit. Nõ obscurũ est, quem quisq; sibi ordinẽ elegerit uidere, & exempla studiosorũ animos ad imitatiõem magis, q̃ præcepta permouere solent.

ORATORIA οἰκονομία ꝓprium quẽdam ductum habet: Actor eñ primo firmum aliquod argumentũ rhetorica argumẽtatione contextũ, ad ꝓmouendã iudicis attentionẽ proponit: imbecilliora deinde, quæ singula robore carẽt, cõiũcta, ac turba ipsa suspiciones augẽt, medio collocat loco: summo autem omnium firmissi

mũ ponit, quo iudex non tam pmoueat, sed ad causæ nostræ commendationẽ argumentorum ui actus impellatur.

DEFENSOR quod in causa est grauissimum, & oĩa anteactæ uitæ crimĩa primo refellit, ne illa iudex spectãs, defensiõi nostræ animũ præcludat: simul, ut crimina tionibus fide detracta, iudicis sibi religionẽ demereat, quẽ ordinẽ Cicero in defensiõe M. Cælij, Cluentij, Murænæ, Roscij, cæteroꝝq; est secutus: illud uerò, in quo causæ defensio constat, ad postremũ reseruet locũ: ut iudicis anim⁹ oĩbus suspicionibus exutus atq; integer, hoc ipsum benignè accipiat, de quo iudiciũ suum sit factur⁹. Cõsilij aũt, ut dixim⁹, & prudẽtiæ est, cum ipsius causæ utilitate deliberare, factũ ne inficiari, an alio interpretari nomine, an defendere sit utilius, ut suos causis proprios accommodemus locos.

Loci coniecturales.

Loci cõiecturales.

CONIECTVRA ex oĩbus q̃s supra recẽsuim⁹ locis ducit: proprij tamẽ eius sunt

Loci { Voluntas & Potestas

VOLVNTAS (quæ & maleficiũ arguit, et ipsum nonnunq̃ distinguit l.q iniuriæ. ff. de furtis. l. i. C. de sicarijs l. quod reip. ff de iniurijs.) excutitur ꝑsonæ qualitate & causæ ad facinus impellẽte. Persona uariè tractatur. Nã moꝝ ꝓbitas, uitæq̃ anteactæ innocẽtia plurimũ habet & fidei & cõmẽdatiõis: cuius rei insigne est exemplũ apud Ciceronẽ ꝓ Sylla. Et sicut dignitas tuet reũ, ita ipsa nonnunq̃ in facti argumentũ deflectit, q̃si inde impunitatis spe cõcepta. Quare accusatoris est ꝑficere, ut ꝑsonæ descriptiõe obiectũ crimen ꝓbabile fiat, efficiatq̃ reum crimini de quo iudiciũ est, opportunũ. Vehemẽter aũt cædis & facti suspicionẽ arguũt: audacia & temeritas, ꝑtinacia, confidẽtia, paupertas, cupiditas, ambitio, sæuitia, et quæcunq̃ cũ animi magnitudĩe atq̃ elatiõe pugnãt. Magnã aũt ꝑsonæ qualitas in publicis actiõib' æstimãdi copiã præbet. Nã in cõtractibus quoq̃ munere fungat, ꝓpẽdi solet l. cũ quædã C. de admini. tuto. l. post mortẽ. § fi. ff. quan ex facto tut. Eadẽq̃ in ciuilib' alijs causis discrimẽ facit l. si paterfa. § q duos. ff. de adop. l. sed si plu. § in arrogato. ff. de uulg. et pup. l. emancipatũ. § fi. ff. de Senat. Itẽ in pœnali

bus causis.l aut facta.§.psona ff. de pœnis.l. Gracchus C.de adult.l.I.§.fi.ff.ad l.Corneliam de sicar. Grauissimas ex hoc loco suspiciones mouet Cicero in oratione p Deiotaro rege, pro Milone, pro Sexto Roscio.

PATRONVS obiecta negabit, defendet, minuet, ac remedijs purgabit, nonnunq̃ etiam à præsenti quæstione separabit.

CAVSA inducens, locis constat impulsiōis & ratiocinatiōis. IMPVLSIO inuolutus & temerarius animi est impetus: ueluti ira, odiũ, metus, spes, cupiditas, ambitio, auaritia, qbus suspicionẽ actor augebit. Si desint hæc, causam latere dicet, eoq; factũ furoris cuiusdã atq; amentiæ esse, propterea q sce lera uulgo credãtur consilio carere. Defensor nihil sine consilio factum esse cõtendet, nocendiq; & alterius fortunis ac capiti insidiandi illiberalitatẽ in odiũ ac suspicionem trahet. Et si causæ reddãtur, eas tamen in omnibus ualere psonis negabit. RATIOCINATIO commodorum spem ostendit, qualis est in causa Miloniana, ubi Clodius uitæ Milonis insidias fecisse probatur.

POTESTAS confirmatur, loco, tempore, instrumentis, connexis, signis, & eiusmodi

circunstantijs, quibus Cicero in oratione pro Milone & Deiotaro, Cluētio & M. Cælio uehementissime est usus. Signa sunt antecedentia & consequentia: ut sonus, clamor, pallor, tremor, gemitus, latitatio, metus, titubatio, uultus, uocis status'que mutatio: de quibus diximus. Patronus ad diluēdas signorum suspiciones utetur absolutione & inuersione, ut signa ad causæ suæ conuertat utilitatem.

Finitiōis loci

De locis finitionis.

FINITIO quid sit, & quibus cōstet, suprà retulimus. Breue hoc eius sit præceptū, ut in animo constituamus quid efficere uelimus, eo modo propriam rei definitionem & certis circunscriptam uerbis, enunciaturi. Euertitur enim, si aut falsa sit, aut parum plena: fit autem plenior argumentis antecedentium, consequentiū, adiunctorum, causarum, effectorum: quibus Cicero pro A. Cæcinna definitiōem illā qd uis sit, cōplexus uidetur. Etymologia certe rarior existit, qua tamē idem usus est Philip. 8. in definitione noīs tumultus. VIS DEFINITIONIS amplissima est in causis ciuilibus. Sæpe eñ

In ipsa rei definitione, cum de re nõ satis cõstat, in coniecturã dilabimur: ut si quæras, quid sit æternitas. Nonnunq̃ res ipsa certa est, constatq; de facto: de nomine tamen quæritur, an perinde homicida sit, q̃ funestis manibus mortem sibi consciuerit[a], atq; is à quo homo cõfossus dicatur. Sit ne tyrannicida philosophus ille, q̃ sapientiæ præceptis uiolentos tyranni affectus ad uitæ mox q; ꝓbitatem reuocarit. An inuẽtus in lupanari alteri⁹ cũ uxore, habendus sit adulter[b]. Ideóq; recte præceptũ est, syllogismũ infirmiorẽ esse definitionẽ. Nã ex definitiõe frequẽter in qualitatẽ incidimus. Quid eñ uenenũ, q̃d amor, q̃d insania, quid amatoriũ sit, facti qualitas ostẽdit[c]. EST eñ quædam inter hæc cognatio: & queadmodũ Liuia maritum suũ odij causa aconito extinxit, ita Lucilia maritum suum Lucretiũ, quẽ animo egregiè charũ habebat, dato amatorio in furorem egit. Antisthenes philosophus insania q̃ amore laborare maluit, q̃ illam medici auferre possint, hic mẽtem omnem homini eripiat.

a C. de his qu sibi moriẽ cõ so. & l. si qui aliqd. §. Miles. ff. de pœ & ibi doct.

b l. quę adul C. de adulte & stupr. ibid Bart.

c l. si quid al quid. §. qui abortionis ff de pœ. l. 3. §. sed id ff. ad l. Corneli de sicar.

Liuia.
Lucilia.
Antisthenes

De locis qualitatis.

Qualitatis loci.

QVALITATEM hic dicimus nõn eam quæ est ex decẽ illis uocib⁹, sed quæ quantitatem, materiam demonstratiuã & deliberatiuã et iudicialem cõplectitur: eiusq; partes in statu iudiciali ostẽdimus. Plurimus certè eius ciuilibus in rebus ac criminalibus causis est usus. Nã psonæ, loci, tẽporis, facti, quæstionis atq; istiusmodi rerum q̃litas, inuidiã auget aut minuit: et in beneficiorũ uicissitudine, unde gratia collata sit, scire refert, recipitq; ea, ut Fabius Quintilianus existimat, maxima oratoris opera, qa in utranq; partem plurimũ est ingenio loci: nec usq̃ magis affect⁹ ualẽt, regnatq; uel præcipuè in hac eloquẽtia.

HIS succedũt quatuor illa, quorũ suprà mentionem fecimus, statuum simulacra, scripti et uoluntatis, contrariarũ legum, syllogismi, & amphiboliæ.

De scripto & uoluntate.

Loci scripti et uoluntatis.

SCRIPTI et uolũtatis cõtẽtio, quã græci ῥητοῦ καὶ διανοίας uocãt, in foro & ciuilibus negocijs, ac sacris etiã scripturis frequens est: ut eñ lex ipsa ex uerbis & sentẽtia cõstat, l. scire. ff. de leg. cap. ppterea de uerb. sig. ita hinc sæpe cõtrouersia ori

tur, quod accidit cũlex aliquã gignit obscuritatẽ, qualis est illa: Lex peregrinũ uetat in murũ ascendere, ascendit, hostes repulit, accusatur. Duplex eius est genus. Nã aut de scripto & uoluntate simul quæritur: aut altera pars scripto, altera uoluntate nititur. Cũ ῥητὸν cõtra διάνοιαν defenditur, fraudem legi fieri iuriscõsultus existimat. Contrà lege (inqt ff. de leg. & Senatu.) facit, qui id facit quod lex ꝓhibet. In fraudem uerò legis facit, qui saluis uerbis legis, sententiã circumuenit [a]. Qui tamen scripto nititur, legis uerba cũ æquitate coniũcta esse, aduersarij intentionem cum scripto pugnare, iudicis religionẽ & sacramentũ ideo adhiberi contendet, ut secundum scriptũ sententia feratur. Legi parendum, nõ adsciscendam nouam esse interpretationẽ, minimeq́ʒ mutãda, quæ certam interpretationem semper habuerint [b]. Qui scriptum uoluntate nixus oppugnat, dicet seruari id nõ posse quod scriptũ sit: aut exẽplis probabit, scripto stare semper non oportere: aut legislatoris uoluntatem à scripto esse alienam, ut in hac controuersia. Noctu cũ ferro deprehen-

a l. non dubium C. de l.

b l. minime ff. de leg. l. rẽ nõ nouã & authẽ. hodie C. de iud. §. ois col. 4.

ſus uinciatur. Cū annulo ferreo intercē-
ptū magiſtratus alligauit. Voluntatē igi,
tur potius q̃ ſcriptū in omni controuerſia
ſiue teſtamēti,ſiue legati, ſiue pignoris, ſi
ue cōtractus ſequēdam eſſe perdocebit,
quod ipſi iuris interpretes adnotant in l.
inſulā ff. de p̃ſcriptis uerbis l.3. C.de lib.
p̃ter l.obligationū ff.de actio. & obli. Pro
bandū deniq; locis cōmunibus, uerborū
aucupijs ſentētiæ æquitatē pręferri opor
tere l.placuit C.de iudi.l. Labeo.de ſup.
l.facit. ca.2. requiris,extra de appellatio.
Legis itē ſentētiā atq; mentē eſſe perfecti
orē l.ratū ff.de ſolu.l.quo enim tutore §.
Iulianus ff.rē ratā hab. Ac proinde ius de-
finiri artem æqui & boni l.1.ff.de iuſti.&
iure,ut æquitatē potius q̃ uerba ſpecte-
mus l.in ambigua ff.leg.ca.ul.de tráſact.
l.Poſtremò facilè in toto iure ſcripto ap-
parere,legis ſententiam ſcripto eſſe ante-
ferendam. Proprie tamen hu ius ſtatus lo
ci ſunt cauſarum & effectuū,& quæcūq;
definitionem iuuant.Refertur autem uel
ad qualitatem,uel ad coniecturam. Exem
plum pulcherrimū habes apud M.T.Ci-
ceronem in oratione pro A. Cæcinna, in

l.nonnunq̃ ff.ad Senatuſcon. Trebellia. tot. illo tit.ff.de rebus dubijs.

De contrarijs legibus.

CVM LEX legi obſtat, ſtatus naſcitur ἀντινομίας. Neque enim lex legi contraria eſſe poteſt, quod ipſe imperator in prima conſtitutione C.§. quibus, atteſtatur, & probat.l.omnis ff. de except. Sed caſu leges colliduntur atq; euentu: ut, tyranni cidæ imago in theatro ponatur, mulieris imago in gymnaſio ne ponatur, Tyrannũ mulier occidit. Plurimus in ἀντινομίας inquiſitione apud iureconſultos eſt Bartolus, & indicat eius generis inſignia aliquot exempla in adnot.in pãdectas Budæus. Eſt autem ius omne de quo quæritur, dubium aut confeſſum. In iure confeſſo quærimus, utra lex antiquior, potẽtior, æquo ac bono ſimilior: quorum omnium ratio, niſi propoſita materia, tractari nõ poteſt. Quare hic ſtatus uel cõiecturæ uel qualitatis erit. Sed in primis dãda opa, ut quæ cõtrariæ uidentur leges, ad unã certã aliquã & conſentientẽ æquitatis rationẽ referantur potius, q̃ corrigantur l. unica de inofficio, do, l. p̃cipimus C, de appell. ca.

Loci contrariorũ legum.

dilectus,extra de consuetudine cap.inter dilectos,extra de fide instrumentoꝝ l. de quibus ff.de legib.l. nã & posteriores ff. e. Pulchram in hac re operam nauauit magnus ille iuris interpres Bartolus,& illũ nuper secutus Stephanus de Phedericis, cuius hodie doctissimi de iuris interpretatione circunferuntur commentarij.

Syllogismus.

De syllogismo.

MAGNAM cũ finitione syllogismus habet cognationem. Nam in illa, idem'ne sit nomen: in hoc, an perinde habendum sit, quæritur. Incidítq; in syllogismũ infirma definitio. Ergo hunc statũ incidentes controuersiæ atq; casus nullis certis comprehensi legibus constituũt, quoties id quod incertum est, ad similia & cognata referimus: excutimúsq; qualitate, quamobrem

a l. q̃ actionẽ. ff. de p̃script. uerb. l. q̃sitũ scio ff. de testibus l. r. ff. qb[9] bo. poss. non cõpetit.

neq; leges neq; senatusconsulta omnes casus comprehendunt, constituũturq; ex ijs quæ ἐπὶ τὸ πλεῖστον, nõ quæ ἐκ παραλόγου accidũt. l. Ex his. l. Nam& ea quæ. ff. de l. Iura constitui oportet. Neq; crebro hoc statu utũtur iurisconsulti: referẽt enim ad qualitatẽ. ut, An quẽadmodum nullum de sua domo in ius educere liceat[b], ita nec

b l. plerįq; ff. de in ius uocãdo l. nemo de do. ff. de re iudica.

extra tabernaculum. & quia aratrum pignori accipere leges uetant, an & uomerem. An perinde habendum sit occiderit ne qs, an causam mortis præbuerit c. Totus hic locus à dialectico petitur. Pendet enim ex causa, effectis, genere, toto, & locis communibus: à quibus similia, quorum hic maximus est usus, trahuntur & iudicantur. Quare in primis intuendũ, ne similitudine decepti, uanam ac ineptã syllogismi consequentiam cõtexamus. Quæ ad hanc locum pertinent, amplius scribit Stephanus de Phedericis in libro de interpretatione legum.

c l. nihil refert ff. ad le. Corneliã de sica.

De ambiguo.

AMBIGVI status ex uocabuli ambiguitate & dissensione oritur, explicaturq; definitionis & diuisiónis locis. Omnis enim contentio in hoc consistit, uter sermo secundum naturam magis sit, uter æquior, uter uoluntati legis scriptæ aptior. Nam iureconsulti præcipiunt, in ambiguis rebus humaniorem sequendam esse sententiam l. Intelligentia ff. de uerbo. signific. capi. præterea. e. t. l. iij. C de liberis præter l. Scire leges ff. de legibus. Sunt enim

Status ambigui.

tuam auream hastam tenentem: quæritur, statua hastam tenens aurea esse debeat, an hasta. Talis & hæc esse potest: Rogat testator hæredem, ut matri suæ alimenta præstet. Prodest igitur in eiusmodi controuersijs φράσεις καὶ σχήματα diligenter excutere. Refertur autem hic status ad coniecturam.

De elocutione.

OMNIVM partium ut pulcherrima, ita quoque utilissima est elocutio, quæ dilucida, perspicua, ornata, & apta oratione res explicat atq; exornat. Nam & ea profusam illam & immensam rerum omnium inuentionem, tum uarietatem, in lucem admirationemq; adducit: & suam rebus ieiunis plenitudinem, horridis nitorem, peruulgatis nouitatem admirationemq; addit: & rerum omnium naturā atq; proprietatem certis uocabulis, ceu rerum notis signat atq; explicat. Perirent nimirum cætera omnia optimarū artium studia in perpetuam obliuionē adducta: omnia uitæ, religiōis, rerumq; gestarum exempla, omnia philosophiæ conciderēt documēta, nisi elocutionis splendore

illustrarentur. Nulla ciuilium rerũ procuratio sustineri, nulla reipublicæ dignitas conseruari, nulla patriæ fortunarumq́; propugnatio suscipi sine elocutione potest. Quare ad eam perdiscendam conuertenda mens nostra, animiq́; sensus omnes, ne eius fructu pulcherrimo destituamur.

Quotuplex elocutio.

ELOCVTIO igitur, quæ φράσις Græcis dicitur, de sententia Crassi apud Cic. lib. iij. & Fabij Quintiliani lib. institutionum oratoriarum octauo, aut simplex est, aut coniuncta.

Simplex cõstat { Sermõe latino & pspicuo, Ornatu, Apto dicendi genere.

CONIVNCTA laudatur, si emendata, si figurata, si collocata sit.

De latino & perspicuo sermone.

LATINVS sermo & perspicuus ex grãmaticis discitur, qui uocabulorum flex⁹, ὀρθογραφίαν, προσῳδίαν, ἐτυμολογίαν & σύνταξιν explicantes, monent in primis barbarismum & solœcismum fugiendũ esse: quorũ ille scripto & pronunciatione, hic etymologia & syntaxi malè contexta cõ

mitti solet. Deinde obseruandũ in omni scripto & sermone, quo animi sensa pro ferũtur, ut oratio nostra sit propria, signi ficans, plena, sonans, non tamen obscœna & sordida, aut humilis infra re𝔮 aut ordi nis dignitatẽ. Eaq́ de causa certa quædã orationis ab ĳs uitia, quæ tñ autoritate ex cusantur, enumerantur: ut ἀκυρολογία, id est, impropria dictiõis positio: qualis est in illo Vergilĳ, Tantũ sperare dolorem. κακόφατον, id est, deformis & obscœna pnunciatio: ut arrige aures Pamphile, & apud Salustiũ, ductare exercitus. ταπεί νωσις, uitium humilitatis, quo rei magni tudo extenuatur, ut si uerrucam saxeam pro summo mõtis uertice dixeris. Cui ui tium contrariũ est, quoties rebus humili bus noĩa damus splendida: utrun𝔮 suam habet gratiã, cum de industria risus inde captatur. πλεονασμὸς, abundans supra ne cessitatẽ adiectio. Cicero in Catilinam, Vt tũ animis saluti uestræ prouideretis, cum oculis maleficium uideretis. Quo in exemplo, præter πλεονασμὸν coniungun tur ἰσόκωλον & ὁμοιοτέλευτον. ταυτολογία, eiusdẽ dictionis deformis iteratio. quæ

lis est pro Cluentio: Non solum illud iudicium iudicij simile iudices nō fuit. ἔκλειψις, sermonis defectus: Hæc ille, deest dixit. περισσολογία superuacua uerborum adiectio & quædam ueluti uitiosa περίφρασις: Ibant quà poterant, quà nō poterant, ibi stabant. μακρολογία, longior æquo sententia. usus ea Liuius, Legati nō impetrata pace, retro domum unde uenerant, reuerterunt. κακοσύνθετον, id est, male collocatū. Tale est, Versaq; iuuēcûm terga fatigamus hasta. ἀμφιβολία, quā suprà notauimus. multa huius gn̄is extāt apud grāmaticos: nos potiorib⁹ uacabim⁹. Habēt em̄ Latinæ linguæ cognitionē facilē, & usum necessariū, quē tn̄ puerilis quædā doctrina tradit, ratio literarum alit, consuetudo sermōis quotidiani confirmat.

De *ornatu*.

Ornatus, ORNATVS dicēdi oratori adfert tū admirationem, tum dignitatē, & quandam popularem ingenij gratiam ac laudem: eiusq; splendor, magnificentia, atq; nitor efficit ac præstat, ut auditores ex uoluntatis nostræ affectu ꝑpendētes, uelut animis capti, sententiam suam acclamatione

atq; plausu profiteantur. Nam et ingenij admiratio omnis, & eloquētiæ splēdor, & oratoris dignitas ornatu continetur. Neq; eñ oratorē, q latinè, q perspicuè locutus fuerit, quisquam est admiratus, cum reprehendere atq; irridere, si uitiose diceret, suo possit iure. Sed qui explicatè, qui propriè, qui abundanter, qui illuminatè, qui ornatè deniq; & apta uerborum rerumq; collocatione animorũ sensus enũciare possunt, eos uulgus omĩ laudis pdicatiõe maiores esse existimat, eos stupefactũ admiratur, eos deos quosdam inter homines esse putat. Sed is demũ ornatus commendatur, q uirilis est & honestus, sententijs popularis, translationibus magnificus, figuris expolit⁹ ac iucũdus, cõpositione firmus, sanguine ac uirib⁹ nitens, ad ipsam materiã deniq; orationisq; genus accommodatus. Nam in demonstrationib⁹, quæ nõnunquam ad solidam dicentis laudem ingenijq; gloriam conuertuntur; magnificus, illustris ac sublimis, omni exornationum gratia ac uenere excultus esse debet. Pressior contrà & seuerior in magnis rerum momentis

ac reipublicæ cõſultationibus: in quibus oratio ſenatus maieſtati ac cõſultantium moderationi eſt attribuenda. In iudicijs et graui fortunæ capitisq́ diſcrimine, accurato potius q̃ ornato dicendi genere reo ſalus acquirenda erit.

Eſt aũt oĩs ornat⁹ in
- Tropis,
- Figuris,
- Amplificatiõib⁹.

De tropis.

Trop⁹. TROPVS eſt uocis à naturali ſignificatione in aliquã uicinam, ornandi ſermonis gratia, conuerſio, ſic dictus ἀπὸ τοῦ τρέπειν, id eſt, uertẽdo: uertit enim & transfert ſermonem ab eo loco in quo propri⁹ eſt, in eum in quo eſt improprius.

Numerantur inter τρόπους
- μεταφορά,
- μετάληψις,
- συνεκδοχή,
- μετωνυμία,
- ἀντονομασία,
- ὀνοματοποιία,
- κατάχρησις,
- ὑπερβολή,
- ἀλληγορία,

μεταφορά est uocabuli à propria significatione in aliam translatio, cognata comparationi. Nam ut rebus exprimẽdis adhibetur cõparatio, ita metaphora pro re ipsa dicitur. Comparatio est cum indicat Cicero, Decianũ furto obnoxium, ut monedulam esse: Metaphora, cũ uiolentum raptorem, lupum: insidiatorem, uulpeculam: iræ intemperãtem, leonẽ: pauidum ac fugacem, asinum uocamus. sic concionum procellas, gloriæ fontem Cicero dicit, à quo hic tropus miris laudibus uehitur. Nam & rerũ pulchritudini suum addit splendorẽ, et in tanta uocabulorum inopia, suã rebus cunctis addit appellationẽ. Est enim metaphora primum ex inopia & angustijs, pòst autẽ iucũditate ipsa celebrata. Quod enim cæteris in rebus, idẽ & orationis tropis ac figuris euenit, ut utilitatẽ necessitatẽq; suauitas quædã cõsequatur. Sed monet Fabius modico atq; opportuno eius usu orationem illustrari, frequenti obscurari, & tædio compleri. Metaphora.

μετάληψις, transsumptio est nois nõ à simili ut metaphora, sed ab effectu p medium quendam gradũ. tropus rarior et ma Trãssumptio

ximè impropriùs. Horatius in odis,
Pallida mors æquo pulsat pede
Pauperum tabernas regumq́ turres.
Mors em̃ pallida corpora efficit, sic præceps ira, segne ocium.

Synecdoche. Συνεκδοχὴ est comprehensio totius ex parte, uel partis ex toto: familiarior poëtis q̃ oratoribus, ut si mucronem pro gladio, tectum ꝑ domo usurpemus. Hostis habet muros. Et illud Liuij, Romanus prælio uictor. Sed hoc postremum propter numeroꝝ libertatem multũ gratiæ compositioni præstat.

Metonymia. Μετονυμία, quam hypallagen nonnulli uocãt, tropus superioribus affinis, inuenta ab inuẽtore, ut ait Quintilianus, et subiecta à continentibus significat: ut, Cedant arma togæ, concedat laurea linguæ: & sine Cerere & Baccho friget Venus. Hic Ceres pro fruge, Bacchus pro uino, Venus pro libidine ponitur. Videndum in hoc tropo, q̃d fori seueritas, quid item poëtica ferat libertas.

Antonomasia ἀντονομασία, descriptio est uice nominis posita: cum pro Scipione, Carthaginis et Numantiæ euersorẽ; pro Cicerone, elo-

quentiæ parentē: pro Paulo, Apoſtolū: p indignatione, aut etiā facilitate, ſtomachū dicim⁹. prioris exeemplū eſt, ſtomachū facere, id eſt, irā cōcitare. Poſterioris eſt illud Cicerōis ad Cereliā, cauſam reddentis cur Cæſaris dominationē toleret. Hæc, inqt, aut animo Catōis ferēda ſunt, aut ſtomacho Ciceronis. Et quo Plinius in præfatione naturalis hiſtoriæ utitur: Argumentū, ait, huius ſtomachi mei habebis, hoc eſt, propenſionis & facilitatis.

ὀνοματοποιία fictio nominis de ſono expreſſi, uix oratoribus pmiſſa. Vergilius: Clamorq́; uirûm clangorq́; tubarū. Inde mugitus, ſibilus, et mutire deducta ſunt. Terentius in Andria: Itaq; hercle nihil iā mutire audeo. Et Plautus: Nō mutit cardo, id eſt, non crepitat. In Piſonem Cicero: Sic ſuos ſenſus uoluptarios omnes incitauit, ſic ad illius hāc orationem adhinnijt, ut non magiſtrum uirtutis, ſed libidinis autorem inueniſſe ſe arbitraretur. Eodem in loco, Cum iſto ore fœtido teterrimam nobis popinam inhalaſſes. Onomatopœia.

κατάχρησις uocabuli abuſio, hoc differt à metaphora, quòd illa ubi nomen deeſt, Catachreſis.

hæc ubi aliud fuit nomẽ, ponitur. Parricidam enim dicimus, qui cognatum occiderit: & piscinã, quæ pisces non habet. Rhetores quoque de industria sic κατάχρησιν usurpãt, ut pro temeritate fortitudinem, pro luxuria liberalitatem dicant.

Hyperbole. ὑπερβολὴ dictio est ueritatis fidem naturalemq́ modum excedens, ut niue cãdidior, Crœso ditior, Codro pauperior, tardior testudine. Familiaris tropus & poetis & oratoribus, quando natura eiusmodi quendam omnibus augendi, uel minuendi affectum cupiditatemq́ inseuit.

Allegoria. ἀλληγορία, sententiæ inuersio est & quædã perpetua metaphora, aliud uerbis, aliud sensu significans, ut sanctum dare canibus: & apud Horatium,

Est mihi purgatã crebrò q̃ psonet aurẽ:
Solue senescentẽ maturè sanus equũ, ne
Peccet ad extremũ ridẽdus, & ilia ducat.

Et, miror esse nauem qui perforet in qua ipse nauigat. Vsus huius opportunus ac moderatus, multũ & gratiæ & splendoris orationi aspergit, siue tristia melioribus, siue obscœna honestioribus exprimere uerbis, siue indicare quædam obliquè

malimus, quàm apertè enunciare. Quare species allegoriæ à rhetoribus enumerantur, αἴνιγμα, εἰρωνεία, ἀντίφρασις, χαριεντισμὸς, μίμησις, σαρκασμὸς, ἀστεισμὸς, μυκτηρισμὸς, παροιμία.

αἴνιγμα obscura sententia poëtis magis, quàm oratori permissa, uulgo tale fingitur: Mater me genuit, eadem mox ex me gignitur. A qua enim in niuem concreta, rursum fit aqua. Venustius est hoc Hesiodi, πλέον ἥμισυ παντός. Aenigma.

Εἰρωνεία illusio & dissimulatio quædam est, cuius ratio orationis circũstantijs uel rei natura, uel pronũciatione colligitur. Vt apud Vergilium: Egregiã uero laudẽ & spolia ampla refertis. Et in Pisonem, Tu scilicet homo religiosus & sanctus. Ironia.

ἀντίφρασις, unius uerbi est ironia, ut bellum, quasi minimè bonũ. Hoc tropo utimur quando pinguem uel crassum hominem, acutum uocamus. Antiphrasis.

χαριεντισμὸς, cognatus tropus ἀντιφράσει. Dura enim & dictu fœda mollioribus circumscribit uerbis: ut, bona uerba quæso. Charientismos.

Μίμησις non dissimilis est ironiæ: uerba enim & gestus alterius per illusionem re- Mimesis.

præsentat. Sic Terentius in Eunucho:
At ego nesciebã quorsum tu ires, paruola
Hinc abrepta, eduxit mater pro sua &c.

Sarcasmos.

Σαρκασμὸς quoq; ironiæ forma est, hostilis derisio, q̃ uictor uicto illudit. Vergi.
En agros, & quam bello Troiane petisti,
Hesperiam metire iacens.
Et in euangelio, Aue rex Iudæorum.

Astismos.

Ἀστεισμὸς, longe petitũ scõma habet, cũ quadam urbanitate. Verg. in Palæmone:
Qui Bauium non odit, amet tua carmina
Meui,
Atq; idẽ iũgat uulpes, & mulgeat hircos.
Refertur apud Lucianũ in uita Demonactis tale, πρότερον ὁ τὸν τράγον ἀμέλγων, ἢ ὁ κόσκινον ἐπιθείς, ἀφρονέστερος. utimur autẽ his in re uehementer absurda.

Mycterismos

Μυκτηρισμὸς in corporis gestu & scurrili quodam ludibrio ponitur, & hodie prouerbiali figura, naso aliquẽ suspendere dicimur, id est, scommatico dicterio lædere. Nam μυκτηρίζειν, καὶ ἀντιμυκτηρίζειν græcis significat irridere, & uicissim irridere, ἀπὸ τοῦ μυκτῆρος, id est, naso.

Paroemia.

ADNVMERARI solet tropis παροιμία, cuius insignem interpretem habes

[redacted]

Homœomesis

HOMOEOMESIS, quæ quandam habet per similitudinem demonstrationẽ: item εἰκών, id est imago, siue formæ cum forma per similitudinem collatio. uenustum in primis ornamentum ad res illustrãdas, augendam uel minuendam inuidiam. Refertur igitur inter sentẽtiarum figuras. παράδειγμα καὶ παραβολὴ ad locos argumenti pertinent.

De figuris.

Figura quid

FIGVRAM ornatus speciem secundam fecimus. ea est orationis quædam conformatio, qua simplicis & uulgaris sermonis habitus, & ueluti gestus arte quadam nouatur. Rhetores eam, sicut & orationem uniuersam, partiũtur in uerba & sententias. Erunt itaque & nobis σχήματα λέξεως καὶ διανοίας. Quantum autem utilitatis, gratiæ, lucis atque splendoris rerum pulchritudini adferãt figuræ, non puto lõga mihi oratione esse explicandũ. SOLAE enim sunt, quæ ꝓbationis fidẽ, quæ actionis fauorẽ, quæ affectuũ uarietatem, quæ officij religionem, dicẽtis industriã, inge[illegible]litatem & gloriam cõmendant: &

obrepētis fastidij miseriam offensionis uarietate depellūt. Cū cæteris rebus gratiā ac uenustatē præstat uarietas, multo aptior erit ad conciliandos retinendosq; animos orationis habitus uarijs tum figuris, tū amplificationibus ad id cōposita, quod dicendo assequi uelimus. SED MODVS his adhibendus, ne earum affectatio, illam uarietatis gratiā perdat. Quintilianus σχήματα διανοίας uerborum figuris anteponit, quod natura prius sit, res animo concipere q̄ uerbis enūciare. Nos illa subtilitate, quam in multis, magnus alioqui & egregius rhetor, ambijsse uidetur, neglecta, recētiorum scholas secuti, primū uerborum, deinde sententiarum signabimus figuras: quarum aliæ ad ornandam sunt accommodatæ, quibus supra modum Gorgias Leontinus, parcius Isocrates, accuratius Demosthenes, & post eum Cicero usus traditur: aliæ etiā ad locupletandam orationem pertinent.

.atio figura i ac modus ualis esse de eat.

De figuris uerborum.

SCHEMATA λέξεως, alia ad loquendi rationē, alia ad collocationē pertinēt, utraq; oratori conueniunt, sed priora à gramma

Figuræ uerborum.

ticis discuntur, posteriora rhetori sunt familiariora. Quib' aũt modis figura exprimatur, scribũt Quintilianus, & Iulius Rufinianus, utilissimè aũt D. Erasmus Rote.

Sunt autem figuræ uerborum,
- ἐπαναφορά.
- ἀντιστροφή.
- συμπλοκή.
- πλοκή.
- Traductio.
- ἀσύνδετον.
- πολυσύνδετον.
- ὁμοιόπτωτον.
- ὁμοιοτέλευτον.
- ἰσόκωλον.
- παρονομασία.
- ἀντανάκλασις.
- ἀποσιώπησις.
- συνεζευγμένον.

Επαναφορά, quam relationem & repetitionem uocant, figura Demostheni & Ciceroni familiaris, & insignis ad augẽdam exornãdamq́ue orationẽ: Repetit enim idẽ uerbum, & aures uehementius ferit, sensibusq́ue tum gratiam, tum uires accommodat. Nihil tam occupatum, nihil tam multiforme, nihil tam uarijs affectibus conci- Repetitio.

ſum atq; laceratum, q̃ mens mala. Cicero libro ſecundo offic. Perſuaſum nobis eſſe debet, ſi omẽs deos hominesq; celare poſſemus, nihil tamen nobis auarè, nihil iniuſtè, nihil libidinoſe, nihil incontinẽter eſſe faciendum.

Conuerſio. Ἀντιστροφὴ conuerſio eſt ſuperiori contraria. non idem uerbum repetit, ſed eodem uerbo orationem claudit. Cicero pro M. Fonteio: Frumenti maximus numerus è Gallia, peditat' ampliſſimæ copiæ è Gallia, equites numero plurimi è Gallia. Orationem hæc quoq; propter acrimoniam & grauitatem, quã adfert, mirificè ornat.

Complexio. Συμπλοκὴ, id eſt complexio, ſiue connexum, utranq; figuram connectit. Cicero pro lege Agraria contra Rullum: Quis legem tulit? Rullus. quis tribus ſortitus eſt? Rullus. quis decẽuiros creauit? Rullus. Talis quoq; eſt: Quæ res gloriam parit? eruditio. quæ res fortunæ opes auget atq; ornat? eruditio. quæ res uitæ breuitatem poſteritatis commemoratione compenſat? eruditio.

Ploce. Πλοκὴ ſuperioribus eſt uicina, Latini copulationẽ uocant, cũ idem nomẽ bis con

tinuo positū, diuersa significat: ut, Sed tamen ad illū diē Memmius erat Mēmius: prius nomen, posterius qualitatē significat. Quintilian⁹ eius formas multas fecit.

COGNATA huic est traductio, quæ eādem uocē alio casu repetit, apta illustrandæ orationi, in orat. Cicero, Cum gratiæ causa nihil facias, tamē omnia grata sunt. Cum autem idem repetito uerbo ad indignitatem rei exaggerandam exprimitur, παλιλογίαν (id est, iterationē) uocant: ut, Tu tu Antoni Cæsari ruenti causam belli ciuilis dedisti. Hāc tamen alij esse uolunt cum prioris sententiæ uerbum ultimum, fit sequentis primum. Vergil. Traductio.

Cōcurrunt Thyrrenæ acies, atque omnibus uni

Vni odijsq; uiro, telisq; frequētib⁹ instāt.

Et in Catilin. Hic tamen uiuit, uiuit? imò uero etiam in senatum uenit. Cum dictio eadem odiose repetitur, ταυτολογίαν uocat, de qua supra diximus.

Ἀσύνδετον, Cum oratio coniūctionibus caret. Cicero dissolutū, Fabius dissolutionē uocat. Est enim apta figura cum quid instantius dicimus: ut illud in Pisonem; Asyndeton.

Non enim nos color iste seruilis, non pilosæ genæ, non dentes putridi deceperũt, oculi, supercilia, frons, uultus denique totus: qui sermo quidem tacitus mentis est, hic in fraudẽ hoïes impulit, hic eos quibus erat ignot⁹, decepit, fefellit, induxit.

Polysyndetõ πολυσύνδετον priori cõtrarium schema, coniunctionibus abũdans, & poetis familiarius: ut, Armaq́ꝫ, Amiclæumq́ꝫ canem, Cressamq́ꝫ pharetram.

Sil'r cadens. ὁμοιόπτωτον, id est, similiter cadens. ut pro Flacco: Nulla in his est uarietas opinionis, nulla uoluntatis, nulla sermonis. Nota figura.

Sil'r desinens. ὁμοιοτέλευτον, similiter desinẽs dicitur, cũ simili sono membrorũ commata desinunt: Abiecti hominis est, alienã laudem contumeliæ offerre, suam abijcere, uoluptates petere, eruditiõis gloriã spernere.

ἰσόκωλον. PVLCHERRIMVM autẽ est, quod membris adæquatum est & ἰσόκωλον dicitur, quale est pro L. Valerio Flacco: Nominibusq́ꝫ recitatis homo audacissimus pertimuit, loquacissimus obmutuit. Et primũ illud exordij membrũ pro A. Cæcinna: Si quantum in agro locisq́ꝫ desertis

audacia poteſt, tantũ in foro atq; iudicijs impudentia ualeret, nõ minus in cauſa cederet A. Cæcinna Sexti Ebutij impudẽtiæ, quãtum in ui facienda ceſſit audaciæ. Coniuncta enim ſunt ἰσόκωλον, ὁμοιόπτωτον, ὁμοιοτέλευτον.

παρονομασία agnominatio, & quædam ex literarum ſimilitudine in contrarium declinatio. Terentius: Nam inceptio eſt amentium, haud amantium. Paronomaſia

Ἀντανάκλασις quæ Cornificio traductio dicitur, huic uicina eſt, cũ idem uerbum mutata ſignificatione repetitur. Iucundũ amari, ſi cauetur ne quid inſit amari. Antanaclaſis

Ἀποσιώπησις, id eſt, reticentia. Teren. in Eun. Ego ne illam? quæ illum? quæ me? quæ non? deſunt ſingula uerba. Apoſiopeſis.

Συνεζευγμένον à pleriſq; his additur, in quo unum ad uerbum plures ſentẽtiæ referuntur. in Catilinã: Neq; enim is es Catilina, ut te aut pudor unq̃ à turpitudine, aut metus à periculo, aut ratio à furore reuocauerit. Συνεζευγμένον.

De figuris ſententiarum. Figuræ ſentẽtiarum.

SENTENTIARVM figuræ, lumina & ornamẽta orationis ſunt; nã & orationem

lucidam, iucundam, uehementem & illustrē faciunt: & augēt affectus, ad inflectendos audientiū animos. adeoq; tota causa gratia omni ac fide destituitur, nisi sententiarum illuminentur confirmationibus.

Sūt autem σχήματα διανοίας, quæ ad exornandā oratione pertinent, hæc præcipua:

- ἐρώτημα,
- ἀπόφασις,
- ἀνακοίνωσις,
- παράδοξον,
- ἀπορία,
- Exclamatio,
- ἀρετα ἐπίδειξις,
- παράληψις,
- ἀποστροφή,
- παῤῥησία.

Ερώτημα. Ερώτημα interrogatio est, figura notissima. quid enim tam uulgare est, q̄ interrogare? sed uis eius multiplex est. Nam & simpliciter interrogamus, & interdū non sciscitandi tantū, sed uel instandi, uel conuincendi, uel inuidiæ, uel cōmiserationis causa interrogamus. Obseruabit igitur iuuentus, quam uim habeat interrogatio: πῦσμα. quæ si frequentior sit, πῦσμα appellatur.

Apophasis. Απόφασις subiectio, cum ad interroga-

ta ipsi respondemus, & rationem reddimus, ut Cicero pro Lu. Valerio Flacco: Quem enim alium appellem? quem obtester? quem implorem? Senatum ne? at is auxilium petit à uobis: & confirmationem autoritatis suæ, uestræ potestati permissam esse sentit. An equites Romanos? Iudicabitis principes eius ordinis quinquaginta, quid cum omnibus senseritis. An populum Romanum? At is quidem omnem potestatē de bonis tradit uobis. ἀνακοίνωσις

Ἀνακοίνωσις, communicatio, cum uel aduersarios consulimus, uel cum iudicibus deliberamus, ut in hoc Catonis: Si uos in hoc loco essetis, quid aliud faceretis? Et pro Quintio, Si de prædiis tuis ageretur Sex. Næui, si in paruula re captionis aliquid uererêre, non statim ad C. Aquiliū, aut eorum aliquem qui consuluntur cucurrisses? Venustum in primis schema ad extorquendam confessionem. Cōicatio.

EADEM EST natura eius figuræ, quā permissionem uocat, quæ & cōmunicationis: cum aliqua iudicibus relinquimus æstimanda: ut, Vobis iudices cogitādum relinq̄, q̄d hinc detrimēti resp. acceperit. Permissio.

Et illud Calui in Vatiniũ: Perfrica frontem, & te dic digniorem, qui prætor fieres q̃ Catonem.

Paradoxum. παράδοξον his cognatũ est, quod inopinatum uocant, tametsi Fabius pro figura nõ habeat, ut Nunq̃ credidi fore iudices, ut reo Scauro, ne qd in eius iudicio gratia ualeret, precarer.

Aporia. Ἀπορία siue διαπόρησις, id est, dubitatio, priori affinis est, non iniucunda figura, & quæ ueritatis extemporalisq; orationis facilitatem præcipuè commendat. Simulamus enim nos nescire, unde primum exordiamur: ut in procemio orationis pro Q. Ligario, Itaq; quò me uertam nescio. Et apud Terentium in Eunuc. Quid commemorem primum, aut quem laudem maximè, illum' ne qui dedit cõsilium, aut me qui ausus sim? Sunt autem augendis affectibus maximè accommodatæ hæ figuræ, quæ simulatione constant.

Exclamatio. EXCLAMATIO. Cicero lib. iij. de oratore, ó fallacem hominum spem, fragilemq; fortunam, & inanes nostras cogitationes, quæ in medio spatio sæpe frãguntur, & corruunt, & ante in ipso casu obru

untur, q̃ portum conspicere potuerint. in Pisonem, ò scelus, ò labes, ò pestis.

Ἀρᾶ, oratoria est execratio, uicina exclamationi, quẽadmodum est δέησις, obtestatio siue obsecratio. Prioris exẽplum est apud Ciceronem in Catil. O scelus, ò portentum in extremas terras exportandum. Posterioris est pro Deiotaro, Per dextram istam tuã ego obtestor, per has lachrymas, &c. Et in Andria: Ἀρά.

Quod ego per hanc te dexteram rogo &
genium tuum,
Per tuam fidem, perq́ huius solitudinem
Te obtestor, &c.

Παράληψις præteritio, quam Cicero occupationem uocat, cum nos præterire simulamus, quod inuidiose obijcimus. In Pisonem, Omitto illud consulem edicere, ut senatusconsulto ne obtemperent, quo fœdius nec fieri, nec excogitari quicquam potest. Præteritio.

Ἀποστροφὴ sermonis auersio, efficax figura ad inuadendũ aduersariũ. Pro Ligario: Quid enĩ tuus ille Tubero in acie Pharsalica gladius agebat? Multiplex huius est usus siue ad inuocationem aliquã, siue ad Apostrophe.

inuidiosam implorationem cõuertamur.

Licentia. παῤῥησία, licentia, cum quid liberius de nobis confitemur. Sic pro Ligario M. Cicero, apud te defendit alium in ea uolũtate, in qua se ipsum cõfitetur fuisse. Et suscepto bello Cæsar, gesto iá ex parte magna, nulla ui coactus, cõsilio ac uoluntate mea ad ea arma profectus sum, quæ erãt contra te sumpta. Latet sub hac Cicerõis confessione quædam adulatio, ut scribit Quintilianus. Non enim Ligarij salutem solum propugnat, sed & uictoris inauditam clementiam laudibus effert.

De amplificationibus.

Amplificationes. MAXIMVM atq; pulcherrimũ eloquentiæ munus est, res ornãdo amplificare, & dicendo altius tollere, aut etiam extenuare atq; abijcere. Amplificatur aũt oratio cũ ὑπόθεσιν ad θέσιν καὶ αὔξησιν, & huiusmodi locos cõmunes, ex quibus illa florentissima uerborũ ac rerũ hubertas, probationum fides, affectuũ uarietas, uirtutũ officia, sententiarũ splendor, ac uniuersa orationis ornamenta ac lumina sumũtur, certo animi iudicio referim⁹, ut qui audiũt, natura & genere & uniuersa re cognita,

liberius & rectius de litibus iudicium fa-
cere possint. Quod mun⁹ etsi magni cui-
usdã sit ingenĳ, nec paucis explicari pos-
sit præceptionibus, propterea ꝙ non so-
lum effingẽda nobis atq; procudenda lin
gua sit, sed pectus quoq; maximarũ rerũ
cognitione, copia, uarietate cõplendum,
noluimus tamen hic prolixiores esse. Ex-
tant etiã pulcherrimi libri [redacted] de uer
borum & rerum copia, in hãc amplifican
di rationẽ conscripti: ipsaq; res fusior atq;
amplior est, quàm cuius ratio tã angustis
chartulis explicari possit: ac proinde ui-
sum est eas solũ figuras signare, quæ non
solum ad ornandam, uerumetiam augen
dam amplificandamq; orationẽ attinent,
alio loco nostram de hoc argumenti gene
re sẽtẽtiã interposituri. Ducitur autem
amplificandi ratio ex omnibus argumen
torum locis, quos supra tradidi. Eos au-
tẽ hic repetere aut explicare exemplis ni
hil attinet. Vsus tantũ adhibendus, & me
diocris quædã prudentia, ut discat iuuen
tus, ubi orationem illustrare locis cõmu-
nibus, ubi copia aut breuitate ludere, rerũ
naturas augere, uel extenuare, apertè uel

dissimulāter causarum circunstantias exponere cōueniat: & uniuersa res optimorum autorum, præcipue Ciceronis imitatione, & rectius, & felicius paratur, q̃ rhetoricis præceptis, quorum difficultas nimiaq́ subtilitas, prima adolescentium studia magno sæpe incōmodo remorat.

Auxesis. EST IGITVR prima amplificandi, uel minuendi species, in ipsis rerum nominibus posita. Nam αὔξησις est cū pro seceßione scelus, pro improbo latronē, pro homicida parricidā, pro calumniatore grassatorem dicimus.

Diminutio. ταπείνωσις seu μείωσις, id est diminutio, cum eum qui pulsauit, attigisse: qui læsit, uulnerasse: q furit, errare dicimus. Vtriusq́ pariter exemplum est ꝑ M. Cælio: Si uidua liberè, proterua petulanter, diues effuse, libidinosa meretricio more uiueret, adulterum ego putarem, si quis hāc paulò liberius salutasset? Refertur huc color, quem in præceptis exordij τὸ χρῶμα appellari diximus: magnam enim uim habet uel ad extenuandam, uel dissimulandam rei fœditatem. Quintilianus hoc genus increscere putat, si ampliora uerba cū

ipsis nominibus, pro quibus ea posituri sumus, cõferãtur, ut Cicero in Verrẽ: Non eñ furem, sed raptorẽ: non adulterũ, sed expugnatorẽ pudicitiæ: nõ sacrilegũ, sed hostem sacrorũ religionumq́; non sicarium, sed crudelissimũ carnificem ciuium sociorumq́; in uestrum iudicium adduximus. Sed hanc figuram correctionẽ uocant, ut in Philip. ij. Stuporem hominis uel potius pecudis quæso attendite. In Pisonem, Non cõsules, sed mercatores prouinciarum, ac uenditores uestræ dignitatis; non consules, sed latrones, &c.

EST AUTEM correctio ἐπανόρθωσις, quę sublato eo quod dictum est, aliud magis idoneũ in eius locum supponit, ut in priore exemplo. Correctio.

COGNATA est huic figura quæ græcis ἀφορισμὸς dicitur, species correctionis: nam sententiæ temerè prolatæ uim corrigit. Cicero: Quanquam illa non pœna, sed prohibitio sceleris fuit. Et pro Cluentio, Nam Sassia mater huius Habiti, mater enim à me nominis causa, tametsi in hunc hostili odio & crudelitate est, mater inquam appellabitur. Aphorismos.

SED amplificatio frequentissimè componitur ex { INCREMENTO, COMPARATIONE, RATIOCINATIONE, SYNONYMIA.

Incremētum. INCREMENTVM, est quo per gradus ab infimis ad summum uenitur. Tale est Ciceronis actione quinta in Verrem: Facin⁹ est uincere ciuem Romanum, propè scelus uerberare, parricidium necare, q̄d dicam, in crucem tollere? Et in oratione ad Quirites: Mihi quod potuit uis & iniuria, & sceleratorum hominū furor detrahere, eripuit, abstulit, dissipauit. Ego faces iam accensas ad huius urbis incendium comprehendi, protuli, extinxi. Est autem proprium incrementi, ut oratio eo crescat: nam uitiosum est, cum ordo non exurgit. Tale deprehendimus in Ciceronis inuectiua tertia in Catilinā: Quæ omnia, inquit, quoniá in senatu illustrata, patefacta, compta sunt p me &c. Prius enim erat, quod extremum posuit.

Comparatio. COMPARATIO maximam uim rebus augendis adfert. Collationibus enim res omnes crescūt. Loci eius inter argumenta suprà nobis sunt enumerati, & tota se-

rē Ciceronis oratio in Pisonem eiusmodi collationibus amplificatur.

RATIOCINATIO est qua aliud ex alio colligit. Cicero eñ collecturus, quātum meri Antonius bibisset, quod nullo concoquere posset modo: Tu istis, inquit, faucibus istis laterib⁹, ista gladiatoria totius corporis firmitate, tātum uini in Hippiæ nuptijs exhauseras, ut tibi necesse esset in populi Ro. cōspectu uomere postridie. Cui codē in loco subiūgit aliā amplificationē p cōparationē: Si inter cœnā, inqt, in tuis immanibus illis poculis hoc tibi accidisset, quis nō turpe diceret? in cœtu uerò populi Ro. negociū publicū gerēs, magister eqtum, cui ructare turpe esset, is frustis esculētis uinū redolētibus, gremiū suum & totum tribunal impleuit. Ratiocinatio

Συνωνυμία, id est, noīs communio, siue interpretatio, cū rei dignitatē ac magnitudinē synonymis circūscribimus, quasi non satis uno uerbo demonstraturi. Tale est illud Ciceronis pro Quinto Ligario: Quid eñ tuus ille Tubero districtus in acie Pharsalica gladius agebat? Cuius latus ille mucro petebat? qui sensus Synonymia.

armorum tuorum? quæ tua mēs? oculi? manus? ardor animi? quid cupiebas? quid optabas? Et illud Ciceronis in offic. Fallere ciuem non uiri est boni, sed uersuti potius, obscuri, astuti, fallacis, malitiosi, callidi, ueteratoris, uafri. Et hoc pro Publio Sylla: Si initum est consiliū inflammandæ ciuitatis, huius extinguendi imperij, delēdæ urbis &c. In Catilinā, Non feram, non patiar, non sinam.

Congeries. CONGERIES quæ συναθροισμὸς Græcis uocatur, fit quando plures species congeruntur. Terentius in Andria:

Sic uita erat, facilè omnes pferre ac pati,
Cum quibus erat, cumq; unà his sese dedere,
Eorum obsequi studijs, aduersus nemini,
Nunq̄ præponens se illis, ita ut facillimè
Sine inuidia laudem inuenias, & amicos pares.

Cicero in libidinem Sassiæ: Mater Habiti ita flagrare cœpit amētia, sic inflammata ferri libidine, ut eam non pudor, non pudicitia, non pietas, non macula familiæ, non hominū fama, non filij dolor, non filiæ mœror à cupiditate auocaret.

EXPOLITIO utriq; cognata est: eandē enim sententiam mutatis nonnihil uerbis explicat. ut si dicas, hominis causa hominem quiduis honestè & liberaliter facere oportere, propterea q̄ ea lege nati simus: eaq́; habeam⁹ naturæ principia, quibus et parere debeamus, & humanæ seruire societati, nostraq́; studia priuata, rationibus publicis prouehendis cōdonare, ac nostrā etiā utilitatē communē facere, nec fas esse hominē quicquā humani à se alienum putare, sed omnia in commune referenda emolumentū, omnia hominis causa faciēda esse. Vniuersum Lucani exordium expolitiōe est amplificatum. Expolitio.

GRADATIO κλίμαξ, si rarius usurpetur, non sua caret gratia: repetit enim proximum uerbum per gradus ad alia descendens, eoq́; nō dissimilis soriti, quam argumentationem esse ostēdimus. Est autem gradatio apud Iacobum apostolum: Tentatio parit concupiscentiā, concupiscentia peccatū, peccatum aūt mortē gignit. Erudita & illa: Aphricano uirtutem industria, uirtus gloriam, gloria æmulos peperit. Gradatio.

Aetiologia. αἰτιολογία, causa & prioris sensus subiecta ratio. Cicero actione quinta in Verrē, cū diceret magni esse negocij, alium ad iudiciū reipub. causa uocare, addidit causam. Legē enim sibi ipsi indicunt innocentiæ, continentiæ, uirtutūq; omniū, qui ab altero rationē uitæ reposcunt. Pro P. Sylla, probaturus omnes, qui reo suffragētur & adsint, defendere uideri, subiungens rationem: Non em̄, inqt, una est ratio defensionis ea, quæ posita est in oratione. Omnes qui adsunt, qui laborant, qui salutem uolunt, pro sua parte atq; autoritate defendunt.

ἀναγκαῖον. ἀναγκαῖον à Publio Rutilio Lupo ponitur, cuius pulcherrim⁹ in accusationibus & defensionibus est usus, cū naturæ, temporis ac loci, cæterarūq; circūstātiarum necessitudinem causamur. Prioris exemplū est: Nihil ualui aut gratia, aut diligētia, aut misericordi ꝑ reo deprecatione, cum iudex tyrannus immani sua crudelitate, humanæ sortis sensum omnem exuisset. Posterioris est apud Liuium, libro belli punici 2. in cōcione Hannibalis Pœnos adhortātis, ut magno animo in omnē

dimicationem incumbant, ut quia tergo Alpibus, à latere duobus maribus inclusi, nullum perfugiũ sperare possint, eoq; necesse esse, ut forti sint animo, quib⁹ nulla darētur aufugia: Romanis contrà timidis esse licere, quos effugium ad desperationē inuitet. Item, Cũ sine literarũ cognitione, hominis uita bruta sit & inhumana, necesse igitur esse literarum studium omnibus proponi. Sunt qui hoc schema διάνοιαν, καὶ δικαιολογίαν appellant.

Μετάστασις, translatio est rei in locum digniorem ac ueluti honestiorē prætextũ: ut si auarus illiberalitatis ac sordium suspicionem à se depulsurus, dicat, nõ quæstum se spectare, sed rationem se habere rei familiaris, ne in tanta liberorũ copia, rem domesticam labi sinere flagitiosum sit, & reipublicæ quæ ciuiũ fortunis conseruatur perniciosum. Apud Liuiũ Tullus rex Albanorum defectionem ac perfidiam in Metium itineris ductorem conijcit. Demosthenes quoq; in propugnatione Ctesiphontis, Phocensis belli calamitatem in fortunam transfert. Translatio.

Ἀντίθεσις contentio est, cõtrarium, siue Contentio.

contrapoſitum, qua oratio per contraria amplificatur. ſchema iucundum & uſitatum in uarieganda oratione. Fit autem multis modis, quos iuuentus in lectione oratoria obſeruabit. Pro Muræna: Odit populus Romanus priuatam luxuriam, publicam magnificentiam diligit. Et, Inimicis placabilem, amicis inexorabilem te præbes. In Catilinam: Honeſtè uiuere cum non poſſint, perire turpiter malunt.

Commutatio ἀντιμεταβολὴ, commutatio ſentẽtiã per contrariũ inuertens dicitur: ut, Eſſe oportet ut uiuas, nõ uiuere ut edas. Cicero in officijs: Non quod utile, idem honeſtum eſt: ſed quod honeſtum, id ualde utile eſt. Præclara eſt illa apud Ariſtotelẽ: Beati quoꝝ fortunæ ſapientia, & quorum ſapientiæ fortuna ſuppeditat.

Inuerſio. INVERSIO, notiſſima eſt figura. Terentius in prologo Adelphorum:

Nã ꝙ iſti dicunt maleuoli, hoĩes nobiles
Eum adiutare, aſſiduéq; unà ſcribere:
Quod illi maledictũ uehemẽs exiſtimãt,
Eam laudem hic ducit maximam.

Cõmunicatio συνοικείωσις, id eſt, communicatio, res contrarias colligans, Seneca, Tam deeſt

auaro quod habet, quàm quod nō habet. Labor est ipsa uoluptas. Nam, ut Musonius scribit, si per laborem honesti quippiam egeris, labor abit, honestū manet: si per uoluptatem turpe q̄ppiam feceris, uoluptas abit, turpitudo manet. Musonij sententia insignis.

Ἀποδίωξις reiectio, cum aliquid eludimus, tanquam indignum aut intempestiuum. Schema artificiosum, & ad subuertendam aduersarij actionem accommodatum. Pleraq; enim argumenta, quæ dilui uel agitari sine gratia uel suspicione nō possunt, reijciuntur: quemadmodum Cicero causas simultatū Milonis & Clodij reiecit. Et pro Cælio: Equitis, inq̄t, Romani esse filium, criminis loco poni ab accusatoribus, neque his iudicantibus oportuit, neq; defendentibus nobis. Reiectio.

Προκατάληψις occupatio siue præsumptio, quam & πρόληψιν uocāt, cū tacitam obiectionē prius diluimus, q̄ obijci possit. necessaria in omni causa figura, & plena prudentiæ. Admonet enim diligēter animo complectendum esse, quæ hominum iudicia, qui animorū sensus, quò audientium uoluntas atq; affectus inclinēt: Occupatio.

quæ omnia magnam æstimandi copiam præbent. Vtitur hoc schemate omnibus in causis Cicero, sed frequentius exordio accommodatur, ut in diuinatiõe: Si quis uestrum &c.

Concessio. παραμολογία, concessio siue cõfessio, qua aduersario quædam permittimus, ut reliqua uehementius inuadi possint. Pro Roscio: Esto causam proferre non potes, tametsi statim uicisse debeo, tamen de iure meo discedam, fretus huius innocentia. Esto fueris inimicus, occidere tamẽ nulla iniuria prouocatus non debebas.

παραδιαστολή. παραδιαστολὴ magnã cum hac habet cognationem. Condonat enim aliquid, ut uicinum quiddam deroget. Lætus sum, sed tamen non petulans. Liberalis est, prodigus non est. Eruditionis gloria obscurari potest, præripi aut extingui non potest. Clemens sum, non dissolutus. Me, inquit in oratiõe ꝑ P. Sylla Cicero, natura misericordem, patria seuerum, crudelem nec patria nec natura esse uoluit.

Αντυποφορά. Αντυποφορὰ ἢ ἀντεισαγωγὴ respõdẽdi sunt formæ et creberrimæ in oratiõib⁹, cũ obiectionẽ aduersarij, firmiore argumento

retorquem? Libertatis periculo ducitur uxor, sed est necessaria illa uitę cōiunctio ad sobolem procreandam. Pulchrum regnare, sed periculosum. Præstat em̃, inq̃t Brutus, nemini imperare, q̃ alicui inseruire. Sine illo uiuere honestè licet, cũ hoc uiuendi conditio nulla est. Bruti sententia.

ὁρισμὸς finitio quædã. Nõ secessio fuit, sed scelus: nõ error, sed p̃fidia: quãdo imperatorẽ, cuius opibus sis auctus, deserere et suis illum hostibus prodere impunè nemini permittitur. ὁρισμὸς.

ὑποτύπωσις quæ et ἐνάργεια, Latinis suffiguratio et imago appellat̃, ex priore schemate nascitur, poëtis & historiographis admodũ familiaris. Nam & rerum simulacra uerbis depingit, & audiẽtes in rem præsentem adducit. Multa eius exempla sunt passim. Venustissimum est illud M. Cælij in Antoniũ: Nanq; ipsum offendũt temulento sopore p̃fligatũ, totis præcordijs stertentem, ructuosos spiritus geminare, præclarásque contubernales ab omnibus spondis transuersas incubare, & reliquas circumiacere passim, quæ tamen exanimatæ terrore, hostium aduẽtu Imago.

percepto, excitare Antoniū conabátur, nomen inclamabant, frustrà ceruicibus tollebát: blandius alia ad aurem inuocabat, uehementius etiam nonnulla feriebat, quarum omnium uocem tactumq; noscitabat, proximæ cuiusq; collum amplexu tenebat: nec dormire excitat⁹, nec uigilare ebrius poterat, sed semisomno sopore inter manus centurionum concubinarumq; iactabatur.

Distributio. Μερισμός, distributio totius in partes, cuius inter argumēta fecimus mētionē. Vniuersa uitæ communitas cōuellitur, fidei religio à Turcis expugnatur, labefactatur ciuili dissidio cōcordia, uis aufertur inermi, æquatio fortunæ imponitur, expugnatur uirginum pudicitia, rapiuntur ad stuprum atq; ludibriū matronæ, negligitur parentum pietas, coli uitæ societas amplius iam non potest. Tota exordij pars in Pisonem, hac figura est amplificata. Et pro Milone: Omīa non modo quæ reprehendi palam, sed etiam obscurè cogitari possunt, timemus: rumorem, fabulam fictam, falsam perhorrescimus, ora omnium atq; oculos intuemur.

Προσωποποιΐα, personæ fictio, quam su- Prosopopœia
prà retulimus.

Διαλογισμὸς sermocinatio, cum alicui Sermocinatio
psonæ sermo attribuit. Cicero pro Pub. Quintio: De re pecuniaria cupio contendere, non licet. At ea cõtrouersia est, nihil ad me attinet: causam capitis dicas oportet. Accusa ubi ita necesse est. Non, inqt, nisi tu ante nouo modo priore loco dixeris. Pro Pub. Sylla: Ita, inquit, tu enim inuestigasti, tu patefecisti coniurationem.

TRANSITIO, qua monemus quid di- Transitio.
ctum sit & quid restet, qualis est illa Ciceronis in oratione pro lege Manilia: Quoniam de genere belli dixi, nunc de magnitudine pauca dicam.

Παρένθεσις, breuis interpositio, ut: Parenthesis.

Tam Venus ocia amat, finem qui quæris amori,
(Cedit amor rebus) res age, tutus eris.

De locis communibus.

AD locupletandam exaggerandamque Loci communes.
orationem suprà indicauimus commodatissimos esse locos communes, id est, ingenuarum artium fontes, ceu quædam uirtutum uitiorumq; formulæ: quorum alij

Locorū communium uis atq; diuisio.

uehementem cum amplificatione increpationem habent, ueluti in parricidam, in sacrilegū, in pditorē. Alij uero deprecatione aut commiseratione cōstant, cum humanæ uitæ conditionem, miseram fatorum necessitatē, fortunæ acerbitatem deploramus. Quidam etiam disputatiōis causa assumūtur, ueluti de uirtute, de honoribus, de æquo & bono, de magistratibus: quorum omnium uim atque artem, perfecta rerum ac disciplinarum cognitio suppeditabit.

De generibus sententiarum.

Sententiæ.

SENTENTIAS Quintilianus orationis lumina et ueluti oculos quosdā eloquentiæ esse credit. Illustrāt enim elocutionis uenustatē, & ipsam illā simplicē, planam, humilē & sine conatu profluentē dicendi rationem, grata quadam uoluptate exornant. quaꝝ ornamēta quoniam in Demosthenis oratione frequentius elucēt, creditur ei⁹ eloquētia maximè laudabilis. Nullus ēm locus, q nō aliq̄ sentētiæ cōformatiōe illuminet, ab illo dicit. Sed usus eaꝝ opportunus et modic⁹ esse debet, ut tanq̄ gemma in auro, sic opportuna sentētia in

Demosthenis eloquentia laudabilis.

oratione eluceat. quæ si crebrior fit & omnibus clausulis addita, concisam facit orationem, & structura carentẽ: nec splendoris admiratiõem consequitur, & suam etiam gratiam perdit. Est autem sententia quæ γνώμη græcis uocatur, egregium dictum ad uitæ institutum pertinens, ut illa Antisthenis: Regium est audire male, quum feceris benè. Et Theophrasti: PRECIOSISSIMVS SVMPTVS EST TEMPVS. Periandri, infortunium celãdum, ne uoluptate afficias inimicos. Lapis auri index, aurum hominis. Quintilianus multa eius facit genera. Sed ducitur à uirtutum officiis, genere, fortuna, rerum euentu. Estq; sententia locus quidam communis, uel initium, uel clausula epicherematis, aut enthymematis, ut: Nulla re propius ad deos accedimus, quàm salutem hominibus dando. Cæsar igitur deus immortalis habendus. Hunc quoque locum ad pronunciata referri diximus. Nam interim sententiæ ornãdæ orationis, interim fidei faciendæ gratia assumuntur. Sunt autem pulcherrimæ, quæ integræ sunt,

Sententia qd.

& pigmentis fucoq; illo puerili carent.

Epiphonema Ἐπιφώνημα, dictæ sentētiæ acclamatio est, ad augendam admirationem, ut pro M. Marcello: Tantus est splendor in laude uera, tanta in magnitudine animi & consilij dignitas, ut hæc à uirtute donata, cætera à fortuna cōmodata esse uideantur. In Pisonem: Magnum nomē est, magna species, magna dignitas, magna maiestas consulis. Liuius: Et facere & pati fortia, Romanum est. Et Cicero post grauē fortunæ infestiq; casus querelā sic acclamat: O misera uitæ ratio, quæ tā diu resides in uoluptate, q̄ diu fortunæ poscit libido. Profertur enim nonnunquam per exclamationem.

Noema. Νόημα sententiam non extollit, sed ad eam aut locum aliquem communem allusio est: ut, Beneficium dando accepit, qui digno dedit. Nam ut præclarè scribit Ennius, Benefacta malè collocata, malefacta arbitror.

ADDVNT his clausulam quæ ad conclusionis finem ptinet: ut pro Ligario: Quare prius de facto uestro fateamini necesse est, q̄ Ligarij culpā ullam repre-

hendatis. Profuerit aũt magnopere, omnibus his adhibere libros D. Erasmi de uerborum & rerum copia.

BREVISSIMVM hoc fit de ornatu præceptũ, ut quoniam dictionis ornatus & styli gloria perennis sit, omni seculorum memoria uictura, in hoc plurimum impendamus operæ, ut oratio ꝑ ipso materiæ genere sit grauis, erudita, liberalis, polita, admirabilis, colorũ uarietate, figurarũ splendore, sentẽtiarum lumine illustrata: quas orationis uirtutes cũ præceptionibus, tũ imitatiõe, usu etiã, qui doctrinam confirmat, & studio facilè consequemur.

ABSOLVIMVS ferè, ut potuimus duas elocutionis partes, perspicuitatem & ornatum. utraq; communis est & simplici, & coniunctæ elocutioni: sed quia hãc diximus collocatione constare, referemus pauca quædam collocationis præcepta.

De compositione.

Compositio.

COMPOSITIONIS est uerba sic collocare, ut ipsa uerborum cõcinnitas orbem suum conficiat, comprehensio numerosa cadat, ne uel asper eorũ concursus, aut uastè cõtextus, aut incõditè fusus, uoces hiul

cas & asperas reddat:sed tota oratio con-
iuncta, cohærens, honestè cadens, acriter
insequens, & æquabiliter fluens, cũ grati-
am, tum delectationem mereatur. Huius
non leuis uis est, cum ad animorum mo-
tus excitandos, tũ uero ad uniuersam cau
sam delectatione, suauitate, atq; decore il
Vtilitas cõpositionis. lustrandã. Nihil enim perinde cognatum
humanis sensibus est, atq; numeri & uo-
ces: quibus & excitamur, & lãguescim⁹,
& ad iucunditatẽ, & ad cõmiserationem
ducimur. Cũ enim molliores illæ & deli-
catæ in cantu flexiones arte quadã expres-
sæ, audientium animos non solum uolu-
ptate singulari demulceant, sed sine satie
tate delectẽt: quanto admirabilius & su-
auius illa humanæ uocis harmonia cõsen-
sioq; audientium sensus afficit, & in quẽ-
cunq; affectum impellit? Mihi sane nulla
tam suauis musica uidetur quàm oratiõis
compositio, & condecentia aptis nume-
ris contexta. Cõmemoratur Penelope, ut
Penelope. absentis coniugis fidem atq; matrimonij
sacramentum, animi innocentia ac uitæ
conseruaret religione, obrepentes uolu-
ptatum illecebras, citharæ sono cantusq;

dulcedine domuisse. Pythagoreis quoq; moris fuisse Quintilianus refert, ut cum euigilassent, animum ad res agendas lyra excitarēt: eademq́; sub noctem mentes rerum negociorumq́; contentione defatigatas ad trāquillitatem cōponerent. Quòd si tanta uis harmoniæ & modis inest, non potest non maximam uim habere uel ad concitandos, uel ad leniēdos affectus, oratio modis ac numeris uincta. Cum igitur solennibus epulis, ac rebus etiam ineptioribus fides ac tibiæ adhibeantur, nihil autem sit humana oratiōe aut præstabilius, aut admirabilius, aut etiam iucundius, efficiendum longa animi prouisionē, ne illa infracta, amputata & soluta fluat, ne erret, ne inæqualibus insistat interspirationibus, sed membris distinguatur, & conuersiones habeat absolutas. Nam & Cicero eam demū eloquentiā admirabilē esse dicit, quæ ipsa oratione quēdam quasi numerum uersumq́; comprehēsum habeat.

Pythagorei.

Eloquētia admirabilis quid sit.

Constat aūt omnis compositio, { ORDINE, IVNCTVRA, NVMERO,

ORDO uerborum sententiarumq́; iu-

ſtus,& apta iunctura, uniuerſæ compoſi-
tionis eſt fundamentum. Eius obſeruatio
eſt in uerbis ſingulis & ſententijs. In uer-
bis cauemus, ne decreſcat oratio: ut ſi di-
cas, Patrē infelicē interemit, domo eiecit,
eiectū probris & cōtumelijs proſecutus
eſt. Debēt em̄ oīa creſcere & augeri, quæ
rebus illuſtrandis exaggerādisq́; adhiben
tur. Deinde ut ſenſum uerbo (ſi compoſi
tio patiatur) claudamus. Poſtremò am-
phiboliám uitemus. Sententiarum ordi-
nem ſignauimus, cum οἰκονομίας præce-
pta traderemus.

Iunctura. IVNCTVRA eſt in uerbis, inciſis, mēbris, periodis. Inciſum Græcis κόμμα dicitur, id eſt, ſenſus unicus non completo nume ro concluſus, ſiue pars membri, ut: Ob-ſequium amicos, ut eruditio. Membrum, κῶλον, eſt integra ſententia, ſed à toto cor pore abrupta: ut, obſequium amicos, ueri tas odium parit, ut, Eruditio iuuenibus ſo brietas eſt, ſenibus ſolatium, pauperibus diuitiæ, diuitibus ornamentū. Addat his qui uolet alia exempla. περίοδος ſeu latinè ambitus, circuitus, comprehenſio, cōtinu atio, circunductio plures ſententias colli-

git,easq; concludit. Habet enim membra minimũ duo, ſæpe quatuor, interim etiam plura. Sed apta magnarum cauſarum initijs, amplificationibus, & epilogis. Habes ubiq; ferè apud Ciceronem periodi exemplum, in oratione pro P. Quintio, p lege Manilia, pro Milone, pro Cluentio, pro Archia poeta, pro A. Cæcinna &c.

IN IVNCTVRA uitabimus earũ uocalium, quæ cauo ore proferuntur, concurſus, ne ex ijs hiatus & abruptæ interſpirationes gignantur: duriores etiã conſonantes, ne s ultima, cum x proxima ponatur, néue ſyllabæ uerbi præcedentis ultimæ, ſint ſimiles primæ ſequẽtis. Poſtremò, ne ſimiliter cadentia & deſinentia crebro coeant: néue literarum uaſtitas, aut quadrandæ oratiõis induſtria, carminisq; ſeruitus deprehendatur. Quæ in iũctura uitãda erũt

NVMERVS EST quædam uocũ dimenſio, qua oratio cõponitur. Fit enim ſæpe, ut nobis nõ ſentientibus uerſus excidant: & nihil eſt proſa ſcriptum, quod non redigi in quoddam uerſiculorũ genus poſſit. Sequitur enim oratio quocunq; duxerimus, & tanq̃ cera in quamcunq; for- Numerus.

mam pro uoluntatis nostræ arbitrio, fingitur atq; formatur. Quare ad numerorũ legem multa exercitatione & stylo formanda nobis oratio est. Adhibẽdum etiam consilium, quando fusa uerborũ conuersione, quando minutioribus constricta membris oratione utendum sit.

Sunt autem hi numeri,

Horum singuli syllabis constant binis,	Spondeus	– –
	Pyrrichius	∪ ∪
	Iambus	∪ –
	Trochæus	– ∪

Hi octo, syllabis constant tribus.	Dactylus	– ∪ ∪
	Anapæstus	∪ ∪ –
	Amphimacrus	– ∪ –
	Amphibrach⁹	∪ – ∪
	Bacchius	∪ – –
	Palimbacchius	– – ∪
	Tribrachus	∪ ∪ ∪
	Molossus	– – –

HORVM PEDVM quo quique temporibus sunt pleniores, longisq; syllabis magis stabiles, hoc grauiorem faciunt orationem; breues uero celerem ac mobilem,

Hi cõſtãt ſylla bis quatuor,

Proceleumaticus	∪ ∪ ∪ ∪
Pæon primus	– ∪ ∪ ∪
Secundus	∪ – ∪ ∪
Tertius	∪ ∪ – ∪
Quartus	∪ ∪ ∪ –
Epitritus prim⁹	∪ – – –
Secundus	– ∪ – –
Tertius	– – ∪ –
Quartus	– – – ∪
Diambus	∪ – ∪ –
Ditrochæus	– ∪ – ∪
Diſpondeus	– – – –
Choriambus	– ∪ ∪ –
Ionicus à minore	∪ ∪ – –
Ionicus à maiore	– – ∪ ∪

De initio.

Initijs attribuun-

Creticus – ∪ – Cicero de reditu, Quod ꝑcatus à dijs. frequẽter hic initijs cõuenit.
Anapæſtus ∪ ∪ – Animaduerti iudices, pro A. Cluentio & in paradoxis.
Pæones. Quod erat optandum, in Verrem. & Venio nũc, & Credo ego uos iudices, Pro Sexto Roſcio.

tur, Spondei: Quæ res in ciuitate, pro P. Quintio. Si quantũ in agris, pro Cæcinna.
Dactylus - ∪ ∪
Epitritus: Est hoc in more positum, de lege Agraria. Si quid est in me, pro Archia.
Iamborũ usus maxim⁹ est in inuectiuis, nã insignes numerorũ percussiones reddunt.

FABIVS Quintilianus putat optimè incipi à lõgis, & rectè aliquãdo à breuib⁹: ut, Nouum crimen, pro Quinto Ligario.

De media sententia.

Medijs sententijs ferè attribuuntur,
- Epitritus,
- Dactylus,
- Spondeus,
- Ditrochæus.

SVNT AVTEM breuibus miscendæ syllabæ longæ, ut ipsa uerborum aptior & uenustior exprimatur collocatio.

De fine orationis.

In fine probãt maxime
- Ditrochæos, ut comprobauit.
- Epitritos, ut redundarũt, uidebatur,
- Bacchium, ut probarunt.
- Molossum, ut coniunctis.
- Amphibrachum, ut finamus,

CICERO CLAVSVLAS diligentius q̃ superiora seruari iubet, quod in ijs numerorum perfectio atque absolutio iudicetur. In prima enim orationis parte multa non diligenter excipi putat: in postrema uerò omnia intelligi, omnia iudicari, eoq; uaria collocatione omnia uarianda esse, ne aut animorum iudicio repudientur, aut aurium satietate.

PORRO CVM genera causarum sint diuersa, dissimilem quoq; componendi rationem desiderant. Neq; enim semper iudices concitamus, aut affectuum incendimus facibus, nonnunq̃ miserabiles, modestos, lenes, misericordes, esse uolumus. Ideoq; Cicero in diuersis orationibus diuersis numeris usus deprehẽditur. Genus quoq; demonstratiuum fusiores liberiores q; habet numeros, solutũ & affluẽs cũ uerbis tũ sententijs: pompæ tamen magis q̃ contẽtioni aptũ. Et uarios pro materia numeros sortiuntur deliberatiuũ & iudiciale genus. Aliud itẽ cõsolatio, aliud sermones, aliud disputationes, aliud historia quæ lubrica est & fluit, aliud itẽ philosophia, quæ uerbis popularibus instructa,

Nũeri generis demõstratiui.

nihil iratũ,nihil atrox,nihil astutũ aut inuidũ habet,dicendi genus desiderat:neq̃ idẽ senatui,populo, iudicibus & concionibus conuenit: & qua sit ætate, honore, autoritate ipse ille qui dicit,magnope referet. Nec orationis genera solũ,sed etiam partes diuersam habẽt cõpositionẽ. Nam exordia ferè sunt uerecũda,& sentẽtĳs q̃ uerbis intẽsiora,uel ad offensionẽ aduersarĳ,uel oratoris cõmendationẽ. Narratio historico & quotidiano ferè explicať sermõe: cõtentio in paruis exiliori,in magnis ampla & uehemẽti oratione fundiť, nũc regens,nũc flectẽs,& in quãcũq; uoluntatẽ auditorũ animos rapiẽs. Atq; hoc in causa fuisse opinor, q; rhetores diuersas dicendi formas fecerint.

Vtilis præceptio.

De tribus generibus dicendi.

ESSE AVTEM diuersa dicẽdi genera, Græci χαρακτῆρας uocant, indicio est, q; ex tot artium scriptoribus,quos priora secula tulerũt,nullus ferè alteri similis est, suumq; stylum quisq; & dicẽdi rationem secutus uidetur. Nam Asiani exuberãtius quoddã & uerbosius, Attici simplicius & elegãtius orationis filũ contexerũt. Nec

maior ferè formarũ, q̃ characteris inter ſcriptores eſt uarietas. Sed dicendi genera tria potiſſimũ animaduerſa ſunt, grande, mediocre & humile.

GRANDE & robuſtũ dicẽdi genus, magno eloquẽtiæ curſu ſonituq́ fertur, cauſis grauiorib⁹ accõmodatũ: habet eñ crebras metaphoras, uerboꝝ maieſtatẽ, graues ſentẽtias, uarias & copioſas ad cõuertẽdos animos, oĩaq́ ea amplificãdi ornamẽta, quæ paulo ante cõmonſtrauimus: & frequenter excurrit in locos cõmunes, in tragicos quoſdã affectus: modò eñ perfringit, modò irrepit, nouas opiniões inſerẽs, inſitas & receptas euellẽs. Vſus eo Cicero in oratione ꝑ Sylla, ꝑ Milone, in Verrẽ, in Piſonẽ. Sed huius ſtudioſi ſæpe in uitia incidũt: nã dum grãdes in ſcribendo uideri cupiũt, fiunt turgidi & inflati. Robuſtũ dicẽdi genus.

HVMILE genus ſermonis cum proprietatem, tum ſimplicitatem uerecunde cuſtodit, nullis uel metaphoris ꝓcul acceꝛſitis, uel crebrioribus figuris excurſionibusq́ exhuberans: omnia eñ dilucidiora, nõ ampliora ſubtili & p̃ſſa oratione facit: quod q immodicè affectant, horridi fiũt Humile dicẽdi genus.

atque ieiuni. Vtitur eo in philosophicis disputationibus Cicero, Terētius & Plautus in suis comœdijs.

Tēperatū dicendi genus.

MEDIOCRE, temperatum siue æquabile dicendi genus, admodum grandi est uicinum: ijsdem ferè figuris abundat, sed in affectibus & amplificationibus paululū subsidet, minúsq; exurgit, nihil præter facultatem adferens & æqualitatem. Vsus eo Cicero in oratione pro lege Manilia, pro A. Cæcinna, & in libris officiorum. in hoc uitiosi sunt tumidi & supini.

Imitatio necessaria.

VSV RERVM didici, sine exemplo, sine imitatione optimorum autorum, quorum lectio multa exercitatione & cōparanda & exprimenda nobis erit, præceptiones ad confirmandam orationis excellētem gratiā atq; uenustatem nudas prope ac infirmas esse: sed tamen sine illis orationis uirtutes, quæ sæpe latent, autorū consilia, rerumq; amplitudinem nec intelligi rectè, nec certā eorū imitationem proponi posse. Adhibēda igitur mediocris quædā, sicut reliquis, ita & collocationis pceptis perdiscendis diligentia: ut ijs informati, Ciceronis aliorumq; scripta rectius in-

telligamus. Neq; enim ita acrem curam poſcunt,ut illa poetarũ compoſitio,quos neceſſitas cogit uerſu uerba includere: ſed liberiꝰ fluit,& ſine uinculis quaſi ipſa ſibi moderatur.

HABEAT IGITVR compoſitio non ingratam quandam uerborum negligentiam,ſi rerum laudabilis ſit & inuentio & collocatio:ſit in faciundis & transferẽdis uocabulis uerecunda,in priſcis figuris ſobria & parca,in tranſlationibus & ſentẽtijs non nimium luxurioſa:ne uel quæſita cõcinnitas,uel quoddam delectationis aucupium deprehendatur. Ante omnia autem proponenda Ciceronis imitatio, ad cuius legem cum exercitatione, tum ſtylo, qui lucem rebus adfert, noſtra formetur oratio.

De apto & decoro dicendi genere.

COMMONSTRATIS de ornatu locis, reliquæ penſi ac muneris noſtri partes erunt,ut pauca quædam de apto & decoro dicendi genere,elocutionis uirtute lõge pulcherrima dicamus.Nam cum in tota uita conſtituenda nobis ſit atq; deligenda honeſta & concedens officiorũ ratio, Aptũ dicendi genus.

Quæ utilitas ex apto dicẽdi genere petatur.

ut quæ agamus cum decoro, honestate, ac reipublicæ dignitate coniuncta esse uideantur: néue affectibus implicati, à naturæ statu decessisse, aut ullo in officio claudicasse uideamur: tum autem in elocutione quæ τοῦ βίου εἴδωλον Democrito dicitur, propterea quòd animi imaginem repræsentet, maior quædã cura adhibenda est. PROFERT ENIM mores oratio, & naturæ ἕξιν arguit: quæ si tumultuosa, minax, iracunda, perplexa, plena iræ & contentionis fuerit, corrumpit omnem dicẽdi gratiam, & uim rerum in contrarium uertit. Nam qui moderate nihil dicere potest, omnia clamore conturbãs, is apud sanos furere, apud sobrios bacchari uidet. Itaque prudẽtissimus Lacedæmoniorum rex Agesilaus quoties insigniter aliquem laudari aut uituperari audiebat, suasit ei' primum mores esse spectandos, qui alterius uitã describeret, propterea quod sic plerique alienæ dignitatis existimationem uel laudibus extollant, uel conuicijs lacerent, magis ut animi sui ex inuidia & ambitione laborantis morbum prodant, quàm aliorũm detegãt mores. Præcipuam igi-

tur uirtutis opinionem ac ingenij laudem dicenti adferunt orationis MODESTIA, FACILITAS, MODERATIO, beneuolentia, scelerũ ultio reipublicæ causa suscepta. Quód autem oratio personis, causis, loco, tempori, & rebus accommodari debeat, repetendum hic mihi, cum paulo ante cõmonstrauerim, non puto. Est enim in primis laudabilis ea oratio, quæ rebus ex quibus fluit, consentit, & ueritatem ubique retinet. Quod ipsum idẽ Agesilaus Lacedæmoniorũ rex dicitur animaduertisse, qui cum in summa omnium admiratione rhetorẽ quendam esse uideret, ꝙ res exiguas uerbis mirifice amplificaret, dixit, ne sutorẽ quidem bonũ eum sibi uideri, qui paruos pedes magnis indueret calceis. Nihil enim tam naturale est, q̃ oratio rebus consentiens. Sed mediocris est, omni in re facere quod decorũ sit artis. Cognoscere autẽ animoq; pertractatũ habere, qd quolibet in loco, & apud quos & quo modo, & quo tempore deceat, hoc uero magnæ esse prudẽtiæ & pfectæ cumulatæq; uirtutis Aristoteles in rhetoricis ad

Theodectem scriptũ reliquit. Complecta tur igitur animo orator, & circũspiciat q̃ grauem personam in ciuilium rerum administratione sustineat, ne quid ineptè & præter decorum aut dicat, aut faciat. OMNE enim eius peccatum, stultitiæ, quæ excusationẽ nõ habet, peccatũ uidet. Et duæ hæ sunt firmissimæ cum ad conciliãdam multitudinis beneuolentiã, tum uero laudis æternitatẽ, rationes, DICERE uidelicet quæ sunt optima, & facere quæ sunt honestissima. Quintilianus suũ iudicijs, suũ deliberationibus, suũ demonstrationibus, suum historijs, suum comicis, suum ætatibus & personis præscribit aptum dicendi genus.

NOBIS HOC breuissimum sit præceptum: primum, ne popularis auræ gratiolam, ac fallacẽ illam de nobis opinionem aucupari, tumidi, nostri iactãtes, nimiũq; de ingenij fama anxij uideamur, aut cupidi innocentes capitis iudicio arcessere, & eloquẽtiæ bona ad communem salutem defendendam homini cõcessam, ad aliorum perniciem atq; calamitatem conuertere, Deinde, ut honestatem præferamus

utilitati, ab eaq́ nullo cõmodo, nullo pi-culo, nulla calamitate unq̃ abducamur, exẽplo Socratis, & prioris illius Aphricani, Pub. Rutilij, Q. Metelli, & aliorum qui graui capitis sui aut periculo, aut exilij fœditate, utilitatem priuatam publicæ antepoſuerunt honeſtati. Athenienſes ſanè Cyrſillum quendam in maximis reipublicæ motibus utilia quidem ciuibus, ſed tamen parum honeſta ſuadentem, cũ uniuerſa familia lapidibus obruerunt. VIOLATVR enim omnis humanæ uitæ ſocietas ac religio, cũ utilitate expugnatur honeſtas. Nunq̃ igitur orator, id eſt, uir bonus, ab honeſtate diſcedat. Proximum eſt ut eis, contra quos agimus, aliquid detracturi uel honoris, uel autoritatis, cætera omnia Ciceronis exẽplo concedamus. Nam ſcienter eos lædere, quorũ ſequenda erit autoritas, temeritatis: imprudenter, negligentiæ eſt. Quod ſi ita caſus infeſtus tulerit, ut aduerſus parentes, aut cognatos actio nobis ſit ſuſcipienda, prima erit cura, ut officij noſtri atque neceſſitatis ratio, altè cauſis petitis, iudicibus comprobetur; ſeruata in tota actione paren-

Honeſtatẽ eſſe utilitati p̃ferendam.

tum,aut cognatorum pietate, honore,ac ueneratiõe. Atq; omnino hoc agendum, ut noſtra beneficia ac patrocinia nec grauatè ſuſcepta,& innocentiſſimo cuiq; propoſita & longè patere uideantur.

De memoria quarta orationis parte.

MEMORIA rerũ oĩum theſauro,mentiſq; humanæ ac cogitatiõis cuſtode, oĩs diſciplina, oĩs dictorum factorumq; ratio,omnis humani ingenij commẽtatio, ſplendorq; eloquentiæ continetur. Eius tam efficax atq; admirabilis uis,et quædã ueluti diuinitas in brutis, nedũ hominibus cernitur:ut non aliud naturæ munus, uel magnificẽtius uel utili⁹ hominiã deo Opti.Maxi.ſit cõceſſum. Perit eñ ac præteruolat diſcendi fructus, optimarumq; rerum ſtudiũ, niſi memoriæ fide retineatur:eoq; græci philoſophi docilitatis partes conſtituentes ἀγχινοίαν,ὀξύτην,& μνημοσύνην,id eſt,mentis agitationẽ, acrimoniã animi,& memoriã: huic poſtremæ primas ob id attribuerũt, ꝙ foret τῆς παιδείας ταμεῖον, & ut Quintilian⁹ ſcribit,eloquẽtiæ theſaurus. Heſiodus quoq; Muſarum parentem ac principem dixit μνημοσύνην,

Memoria eloquentiæ theſaurus.

præter quam cætera omĩa in tenebris ia=cere ac senescere Philostrat⁹ in uita Apollonĳ scriptum reliqt. Virtus eius est duplex, facilè percipere, & fidelissimè retinere: illud humidæ, hoc siccæ naturæ beneficio contingere putant. Plato in libro de scientia, fœcundam ĳs memoriam attribuit, qui ad iram contentionemq́ facilius excitantur. Eos uero, q naturæ modestiam ac grauitatem præ se ferunt, segniores plerunq; & obliuioni obnoxios esse scribit. Nec dubium quin naturæ bonitas primam eius commẽdationem excellentiamq́ producat: quæ tamen ipsa ut omĩbus ferè in reb⁹ doctrinæ æmula, arte confirmatur: sed p̃cipuè animi illa tranquillitate, quã εὐθυμίαν uocant. Obrui enim memoriæ uim ac nonnunq̃ extingui, quoties uiolentior quædam perturbatio, confusio animi, pauor, cæteriq́; affectus concitatiores in eam irrepunt: graues autores Hippocrates, Galenus & Auicenna tradiderunt. Itaque memoratur Demosthenes apud Philippum, Ephesius in concione Areopagi, Herodes Atticus apud M. Antonium, Heraclides Lycius coram

Memoriæ uirtus duplex.

εὐθυμία.

Seuero principe, puerili quodã metu de
Exempla obliuionis. bilitatus, ipso statim oratiõis exordio excidisse. Alij, ut Orbilius grãmaticus, Messala orator, Hermogenes, ac nuper Trapezuntius ex morbi sæuitia in eum dimersi sunt ληθαργὸν, ut sui noĩs fuerint obliti.
Epiphonema Adeò necessarium, sed ex omnibus maximè fragile naturæ beneficium est memoria:
Memoria qui præstiterunt. qua tamen ad miraculum usq; præstiterunt Sarmadas Atheniensis, qui ea memoriæ fuit tenacitate, ut quæ ab alijs cõficta essent uolumina, ea ipse legẽtis more repræsentaret. Themistocles itẽ, Cyneas Pyrrhi legat⁹, Cyrus, et Mithridates rex: ut scribunt Plinius & Quintilianus. Artẽ memoriæ à Simonide primũ inuentam multis præceptis explicat Cicero. Scribit eñ neminẽ tam acri memoria esse, q̃ non dispositis notatisq; rebus, uerborũ ac sententiarũ ordinem meli⁹ complectat: neq; quenq̃ ita hebeti esse ingenio, quẽ locorũ & imaginũ dispositio, artisq; ipsius exercitatio adiuuare non possit. Quod sane uerum esse, ut non inficior, (nam imagines
** quibus ea quæ memoria affigi uolumus, fingendæ erunt) ita potiora quædam ijs

præcepta esse audacter mihi assumo, atque profiteor. Nam & diuisione diligenti, & compositione apta, & exercitatione, crebra meditatiõe parta opus est. Diuisio rerum ordinẽ ac partes separat: eaq́ꝫ si numerosior sit, iuuatur notatis qbusdam simulacris rerum earum, quas à memoria expositurí sumus, imaginem animo repræsentãtibus. Cõpositio certis orationis periodis illigata, suo quasi ductu atque serie memoriã regit, efficitq́ꝫ ut ipsa rerum collocatio nostræ sese cogitationi offerat. EXERCITATIO sola ferè est, quæ naturalẽ memoriæ fœcunditatẽ huberiore profectu alit, & quadam doctrinæ ratione amplificat. Cuius usum ex Quintiliani sentẽtia nõ sum grauatus huc adscribere. Si qs tñ unam maximam à me artemq́ꝫ memoriæ quærat, exercitatio est & labor, multa ediscere, multa cogitare, & (si fieri potest) q̃tidie potẽtissimũ est. Nihil æque uel augetur cura, uel negligentia intercidit. Quare & pueri statim, ut præcepi, q̃ plurima ediscant: & quæcunqꝫ ætas operam iuuandæ studio memoriæ dabit, deuoret initio tædium illud & scripta & le

cta sæpius reuoluēdi, & quasi eundem ci bum remandendi: quod ipsum hoc fieri potest leuius, si pauca primum et quæ tædium non afferant, cœperimus ediscere: tū quotidie adijcere singulos uersus, quorū accessio labori sensum incrementi nō adferat, in summū ad infinitū usq; perueniat: & poëtica prius, tum oratorū: nouissime etiam solutiora numeris, et magis ab usu dicēdi remota, qualia sunt iurisċōsultorū. Hactenus ille. Recte aūt Plutarchus in libro περὶ παίδων ἀγωγῆς præcipit, magno studio ac multiplici lectione puerorum memoriam exercendam esse. Incumbendū igitur in hāc curam, ut quæcunq; ipso die, uel memoria, uel scientia comprehenderimus, ea Pythagoreorum exemplo sub noctem nobiscū repetamus: eo modo intelligentiæ libertatē, quæ magnis etiam ingenijs torporem inurit, deuitaturi.

De pronunciatione.

Pronūciatio. PRONVNCIATIO siue actio maximam in oratiōibus uim habet ac potestatē. Nihil eñ pinde hoīm animos uel ad beneuolentiam, uel misericordiā, uel animorum

consensionem inuitat, atque comitas illa affabilitasq́ sermonis, cui mista modestiæ grauitas insit. Nam & uires suas perdūt reliquæ orationis partes omnes, & languescunt affectus: & tota deniq; oratoris industria, laude, admiratione, successu de niq; suo excidit, nisi actionis gratia cōmē- detur. Cuius uis & excellens quædā natu ræ bonitas, quoniā sola ferè in iudicijs do minatur, uidetur non iniuria Demosthe- nes primas ei partes, secundas, ac tertias attribuisse. Cernebat enim animo orator ille magnus, homines infantes, & ipso bal butiētis linguę lubrico inanes ac ieiunos, magnum sæpe eloquentiæ fructum acti- onis dignitate tulisse: & contrà, disertos pronunciandi deformitate habitos fuisse infantes, ut uel inde summa pronunciati- onis utilitas colligi possit.

Demosthenis iudiciū de p̄nunciatione.

Consistit aūt actio oīs in moderatione { Vocis & Corporis

VOX quanquā naturalis sit, neq; in totū mutari aut fingi possit (sola enim usurpa tio uocis & usus est in nobis) eius tamen bona, cura iuuari, & negligentia minui uidemus. Sed cura impendenda partim

benè cõstitutæ corporis ualetudini & cõ seruandæ, & augendæ, partim exercitio frequenter declamandi. Vt enim cæteræ artes omnes, ita uox quoque usu fit suauior ac firmior. Estq́; eadem uocis, quæ et orationis officiorumq́; ratio, ut sit uidelicet emendata, dilucida, ornata, magna, flexibilis, dulcis, firma: quibus additur lateris firmitas, & spiritus pronunciationi suffecturus: ut item conciliet, moueat, persuadeat. De qbus uniuersis, quoniam suprà quæ necessaria uidebantur, adnotauimus, non est uisum operis huius magnitudine iuuentutẽ onerare. Sua cuiq; ineunda naturæ ac uocis ratio, ex qua informandæ actionis consilium haud dubiè rectius, q̃ nudis ex præceptis sumitur.

CORPORIS gestu uenusto, uirili lateris flexiõe, excursione moderata circa ceruicum mollitiam, digitorumq́; argutias, omniq́; motu, & rebus psonisq́; apposito, commendari actionẽ ob id satis constare arbitror, quod lumẽ illud ac decus oratoriæ artis Demosthenes, orationem composi-turus, corporis sui habitum pposito ante oculos grandi speculo informare consue

Demosthenis industria.

uit. HABET eñ magnam uoluntatis stu dijq; cõciliationem, rectè & cum decore conformatus corporis motus: quando ta citæ quoq; & inanimatæ imagines pictu ra expressæ, spectantium in se animos, af fectus, admirationemq; conuertũt. Quin tilianus suos capiti, suos oculis, suos sup= cilijs, manibus, humeris assignat motus: idq; eo facit diligẽtius, quod nihil credat per fectũ esse, nisi ubi naturæ felicitas doctri= næ ratione exornetur. Cicero decorum illud quod in omnib9 factis, dictis, in cor poris deniq; motu & statu cernitur, in tri bus rebus positum scribit: formositate, or dine, & ornatu ad actionẽ apto. Mihi ciui libus actionibus inutiles uidentur, qui na turæ statum ac uitæ decorum ex præce= ptis tãtum, nulla naturæ conformatione discendum existimant. Debet eñ orator sobrius ac prudẽs, natura & usu quodam callidus esse, ciuitatis statuta animo nota= ta habere, oĩs generis, ætatis, ordinis ue nas tenere, multorum mẽtes sensusq; de= gustasse, nulli9 deniq; rei, quæ uitæ splen dorem actionisq; cõmendat uenustatem, ignarus aut negligẽs esse, Quare hoc bre

Oratorẽ quibus animi do tibus prædi- tum esse opor teat.

ue eius sit præceptũ: Primum, ut nihil in tota uita agamus, nihil dicamus, nihil meditemur, q̃d non sit cũ uitæ æquabilitate, moꝶ modestia, uultus uerecũdia, orationis suauitate, doctrinæ laude, ingenĳ gloria, animi quoque innocẽtia coniunctũ. Deinde sic illam uitæ ciuilis communitatem & quod κατόρθωμα uocant, inter ciues publicè & priuatim tueamur, ut ne ulla in parte officĳ, aut decori obseruatione claudicasse uideamur. Postremò in hanc curam incũbamus, ut excellentium quarũdam & singularium uirtutum opinionem, in qua uitæ splendor & pulchritudo enitescit, de nobis cunctis adferamus: hoc modo uerã illam & solidam eloquentiæ laudem consecuturi, cuius maiestate omnia uitæ ac fortunæ ornamenta illustrantur.

τέλος.

DIALOGVS

QVI FATVM INSCRIBITVR, actus Tolosæ, cum Iacobus Omphalius adoptatus in collegium iureconsultorum, beneficio maximè totius Vniuersitatis esset.

ARGVMENTVM.

Solam uitæ dignitatem, nominisq; gloriam expetendam esse.

HYMENAEVS, LACHESIS.

HY. *Ad languorem me dedit hæc occursatio, dum huc illuc perreptando miserè animi pendens, conuiuium Musarum inuestigo. Sed ést ne hoc quod ui deo? Sciam ex hac muliercula, ne imprudentia lapsus, turpiter me his dem conuiuam. Mea mulier, dic quæso, si fides dignitasq; patitur tua, hoccine Germani doctoris est conuiuium?* La. *Dabis hoc uel humanitati, uel pudori, ut qui sis, prius exponas.* Hy. *Hymenæus sum, magnus ille nuptiarũ præses.* La. *Concedas igitur aliò, nostro honori inseruiẽs. nõ enim uulgi hic conuiuiũ strepitu atq; insanis saltationibus redundans agitur, sed clarißimorũ uirorum lectißimus hic aßidet cœtus. Magnus hic Ia*

cobus Minutius, uenerandus hic præsul Iohannes Pinus, duo maxima non solum Galliæ, sed orbis uniuersi ornamenta: clarus hic est Iohannes Dillierius, summus Tolosanæ scholæ antistes, excellens hic Iohannes à Boyssone, insignis iustitiæ cultor Iohannes Sabonerius, doctißimus legum interpres Daphis, ornatißimus gymnasiarcha Antonius à Barona, summus musarum cultor Vulteius, clarißimi adolescentes & oĩbus egregijs animi uirtutibus præditi, V.D. tẽpli S. Petri de Fraga prior, Petrus Paulus Caragossa, Raphael Iohannes Gilius: duo præterea nobilißimi adolescẽtes ad omnem eruditionis gloriam nati, Martinus Snockart & Daniel Rockgeheym: quorum præclara naturæ indoles, præstãs animus, & uehemens quidam impetus ad optimarũ artium studia amplectenda, magno aliquando uniuersæ Germaniæ futurus est ornamẽto. His socius additur pari animi uirtute præditus Gregorius Podaneus iureconsultus. Sequitur illum Iohannes Arrierius insigni pietate adolescens, cæteriq; permulti. Omnis hic actio, omnis sermo de rebus amplectẽdis & fugiendis. Hy. Qui igitur magis tibi mulier, quàm mihi interesse cõuiuio licet? aut quod tibi est nomen? La. Mihi? Lachesis est. Hy. Hem quæso Lachesis, huic te conuiuio offerre audes? nec te pudet solidam horum lætitiam fuso stamine conspurcare? La. Ex usu est hominum, suum quenque fatum ex meo hoc stamine cognoscere: quo monitus, nec

rebus ad uoluptatem affluentibus insolescat, nec deijciatur aduersis. Hy. *Et idoneus hic Germanus doctor uidetur, cuius tam honestis studijs partæ dignitati in ipso ueluti efflorescentis fortunæ exordio superbè illudas?* La. *Nolunt fata huius dignitatem malorum esse expertem: ne tanquam fumus leui excitatus flamma, citißimè deflagrans concidit, sic eius gloria nullis iactata malis, ignobilis corruat. Fortunæ hoc sæuictis ludibrium est, ut florentibus ingenijs sicut inuidia, ita malorum concursatio facilius incumbat. Et ea est huius seculi portentosa quædam libido, uelle scilicet optimi cuiusq; exurgentem infringere uirtutem.* Hy. *Esto, laudis nobilitati suam tanquam corpori umbrā adhærescere inuidiam: horū ne animos ægritudine aliqua suffundi oportuit?* La. *Elatior horum omnium animi est magnitudo uirtutis præsidio septa, quàm frangi ut poßit fatorum recordatione. Quænā res mœrorem illis adferre poßit? qui si desiderium sui spectent, aut quantum reipublicæ adferant præsidij, quandocunque morientur, nunquam satis uixerūt: si ad publicam rerum gestarum gloriā animum referant, satis uixerunt uel ad gratiam, uel ad gloriam.* Hy. *Sed habendus fuerat delectus, ne quod dicitur, canis in balneo.* La. *Vbique nos Parcæ nostro functæ officio, ex magnis malis gaudia, ex gaudijs mœrorem calamitatemq; excitamus. Sic Diagoram in liberorum coronatione gaudio extinxi-*

mus: sic risu Philemona, sic immoderata lætitia Sophoclem, sic Dionysium in sacris Olympicis suffocauimus. Hy. Quum igitur plurimum intersit, quibus auspicijs & uitam homines ingrediantur, & claudãt, cur tam præcipites, Parcæ, estis uel in procreandis, uel interimendis hominibus? ut qui labantis reipublicæ decus excitare poßint, ac prudentia urbem regere, eorũ uita sit breuißima. Mihi enim æternitate ipsa nominis ac famæ, perpetuaq; uita dignißimi uidentur, qui naturali quadam animi inductione ad optimarũ rerum amplitudinem, uel uirtutum omnium splendorem, ad uitæ atq; reipublicæ dignitatem excitantur: quando eorum uita, qui sic uiuunt, nullam ut sui commemorationem, nullum præclari facti exemplũ posteritati relinquant, morti est similima. Neque enim conuenit, neque pium esse iudico, ut quorum admirabili naturæ excellentia, dignitate illustri, prudentiæ deniq; altitudine res humanæ & propugnãtur, & illustrãtur, eorũ momentanea sit uita. La. Fatorum neceßitatem, cũ deus ipse sis, mirari desine, quæ sicut feracißimis aruis maturam sterilitatẽ, ita præstantibus uiris præcocem proposuit senectutem. Magnarum enim rerum, ut regum fortunæ, diuturni successus esse non possunt. Hy. Nasci igitur homines ad tam fluxam & lubricam uitæ rationem non oportuit: & ueluti in theatrum illabi, unum uel alterum humanæ uitæ actum spectaturos, ut inde ad primum reuocan-

tis naturæ nutum egrediantur. La. *Qui hac lege, ut moriantur, nati sunt, ij fatorum neceßitudinem si incusent, non minus sunt ridiculi, quàm uiator eò se peruenire ægre ferens, ad quod semper ibat. Quid enim refert, primus quis aut secundus moriatur, quando illum pleriq; anteuerterunt, & subsecuturi sunt omnes? Aut quod moriendi tēpus expetendum homini putas? Adolescentiæ ne? at ea iucundißimæ uoluptatis est plena. An senectutis? sed ea lōga miseria, magnisq; malorū turbis paratur. Naturæ ne? sed hæc usuram uitæ humanæ tāquam pecuniæ, ut ait ille, dedit nulla præstituta die. Fata incusabis? at ea qua dederunt conditione, uitam quum uolunt, repetunt. Hæc qui secum cogitāt, modestiore animo, quicquid humanitus accidit, ferūt: nec unquam, uel cum naturæ statu, uel fatorū pugnant arbitrio, sed in rebus aduersis perferendis, non affectuū perturbatione, non uindictæ cupiditate, sed naturæ moderatiōe atq; æquabilitate omnia definiunt. Quæ animi nullis affectibus perturbati magnitudo præcipuè res aduersas lenit, & ornat secundas. Nam ut prudentis est hominis, quæcunq; accidere poßint, secum meditari: ita animi præpotentis, si quid aduersi euenerit, fortiter ferre.* Hym. *Videre tuum negocium facere, quæ exordientis uitæ ardua rudimenta, finem præcipitem ac luctuosum esse uolueris.* La. *Ago uero negocium meum, cum humanæ uitæ stamen nendo deduco, quod*

Atropos soror mox sit occatura. Hym. O *igitur immanem naturæ implacabilemq́; impietatem, quæ ceruis, quæ colubris, quæ cornicibus, quorum id nihil intererat, uitam diuturnam & magnarum miseriarum expertem dedit: uni homini tam superbo animali & orbi imperaturo, exiguam præscripserit uitam omnibus fortunæ insidijs opportunam.*
La. *Natura uitæ spatium exiguum, gloriæ uero amplißimum & sempiternum homini dedit. hanc qui affectant, cum omni posteritate adæquabūtur, nec sanè de uitæ huius miseria uel breuitate ualde conqueruntur.* Nam *& eum uitæ statū* Pythagoras *felicißimū esse putauit, qui honestißimis studijs, maximisq́; laboribus esset exercitatus: propterea quòd paruam illam atq́; exiguam suscepti in rebus præclarè agendis laboris molestiam, incredibilis quædam uoluptas comitetur, nec ulla uera ac solida eximiæ uirtutis laus, nisi magno studio, multis ac infestis uitæ casibus parari queat: quod etiã* Homerici *illius* Vlyßis *exemplo satis probatur.* Et *nulli hodie clari nobilitatiq́; labores, nulla rerum gestarum admiratio, nulla optimarum uirtutum exempla extarent, si non hanc cogitationem ueteres illi prudẽtißimi homines habuissent, ut sibi persuaderent, in uera laudis dignitate assequenda pertractatas res humanas animo habere oportere.* Hæc *eos animi inuicti magnitudo, & rectus quidam excelsusq́; posteritatis sensus ad labores, ad optimarum rerum*

ſtudia ac gloriam conuertit. Hæc eos docuit domitas uoluptates habere: nihil ex omni uita præter laudem & dignitatem expetere: omnes uitæ moleſtias in rebus præclarè agendis leues ducere. Adeò enim uitæ humanæ nullum præſtantes ſemper philoſophi habuerunt deſiderium, ut etiam æternitatis amore nimio, mortem ante diem ſibi conſciuerint: ut omnes Cyrenaici philoſophi auditores, qui excepta de morte concione, omnes ſe laqueo ſuſpenderunt, ut Ambrociota philoſophus, qui è muro, cum nihil ei aduerſi in omni uita accidiſſet, in mare ſeſe præcipitauit. Hym. Puerilium deliramentorum iſta quæ dicis, ſunt ſimilia. La. Enimuero tibi iſtius fidē, ſi poſcis, fecero. Hym. Cupio, ſed paucis, ne conuiuarum lætitiam remoremur. La. Oſtendo mortem non eſſe, ut uulgus putat, fugiendam, ſed etiā expetēdam ei, qui bene à natura eſt cōſtitutus: propterea quòd & anteactæ uitæ præmium, & laborum finem habeat. Hy. Quibus quæſo hoc argumētis? La. De Argia ſacerdote audiſtin'? Hym. audiui. La. Ea precata deos, ut filiorum erga ſe pietati, quæ maxima concedi hominibus poßit, gratia daretur, primū dormiētes ſuos liberos, poſt etiam mortuos inuenit. Hym. Vereor ne non ſis uulgo perſuaſura, malum, mortē nō eſſe. La. Atqui idē Triphonio & Agamenidi euenit, qbus laboris mercedē ab Apolline, cui Delphis templum extruxerant, petentibus Apollo reſpondiſſe fertur, quod optimum homini

foret,se daturum.atq; tertio statim die ex hac uita utrũq; migrasse cõstat. Hy. Quid igitur in hoc uitæ ludibrio & ueluti umbra expetendum homini existimas? La. Solam uitæ dignitatem ac gloriam nullo seculo intermorituram. Hym. Tantine popularis laudis gratiolam facis,quam non uulgus modo,sed etiam philosophi contemnunt? La. Quid ni? cum ipsa uirtus nullam aliam laboris mercedem præter hanc laudis ac gloriæ desideret. Hym. Sed nimis magno gloria constat tot laboribus ac uigilijs parta. La. Natura hanc legem induxit rebus humanis, ut præstãtia quæ essent, eadem forent difficilima: Sed tamen paruum hoc tædium magnis eadem compensauit bonis. Hy. Quibus quæso? Demonstrari enim istud mihi cupio rerum harum imperito, & nihil præter deorum conuiuia solenniaq; sacra secuto. La. Vidésne hoc stamen fuso implicitum? Hym. Video iamdudum admiratus quid mysterij occulti in his filis lateat. La. Singula singulorum uitam repræsentant ac fatá. Sed hoc gloriæ filum est perpetuò duraturum. Hym. Papæ,ut durum est atq; intractabile. Sed tamen aliud stamen, quod duplici filo contextum est,magis miror. Cuius, dic mea Lachesis,fatum prædiuinat? La. Iacobi Minutij,uiri existimatione,uirtute, & præstabili eruditione facilè principis. Hym. Cur autẽ filum duplex,cætera cum sint simplicia? La. Quia hũc benigna rerum natura ad omnem laudis splendorem magnum atque excel

ſum produxit, ut eſſet, qui ægras, laborantes, ac defeſſas reipublicæ partes ſingulari animi prudentia ad decus atque gloriam excitaret. Nemo enim multis iam ſeculis in florenti republica aliqua dignitatis laude inſignis fuit, cuius illuſtriora, quàm huius Minutij, in rempublicam extent officia. Hic ſuam Galliæ dignitatem, hic ſuam patriæ gloriam, hic ſuum bonis literis portentoſa barbaria oppreſſis reſtituit honorem. Hym. Dignus ſanè eſt, cuius excellenti uirtuti felicitatis conſtituatur æternitas. La. Sed noſtin' Iohannem Pinum præſulem Riuenſem? Hym. Quid ni noſſem, quo nemo familiæ nobilitate illuſtrior, nemo laudandarum artium peritia clarior, nemo omni laudis genere iam diu præſtantior extitit? La. Vt pinus arbor ſapientiſſimæ deæ tutela ſepta, nec ſæuientium ui uentorum conuelli, aut conſumi uetuſtate facilè poteſt, ita eius fata tranquillã uitæ requiem, nominis uerò ac laudis prædicationem nullo ſeculo intermoriturã ſpõdent. Hym. Agnoſco ſanè lubẽs, atq; etiã laudo tam piam fatorũ benignitatẽ, qua ſua uiro de rebus humanis optimè merito referatur gratia. Nũc perge explicare cui⁹ hoc quod manibus cõtingo, filũ ſortẽ repræſentat fatalẽ? La. Ornatiſsimi uiri Io. Sàbonerij. Hy. Quid ita uulſum & undiq; præciſum habet ſtamen? La. Quẽ nuper admirabilis excellẽtis naturæ bonitas, incredibilis morũ facilitas, inaudita quædam animi diſciplinis liberaliter inſtituti hũanitas

ad summos honores prouexit: eum cæca ac furiosa quorundam ambitio, laudis alienæ inimica, deprimere est conata: exurgit tamen eius uirtus, & inani aliorum inuidia quotidie magis ac magis efflorescit. Hym. Malè sit istis, qui optimi uiri præstantem uirtutem infringere studēt. at at, hoc stamen cuius est tam robustum ac ualidū? La. Magni illius Iohannis Dillierij cancellarij. Hym. Cur ita robustum? an quæso eius uita nunquam concidet? La. Concidet, sed non nisi illucescēte eo die, quum ei literarum dignitatem, patriæ gloriam, reipublicæ ornamentum, publicam tranquillitatem omnes boni congratulentur: eoq; dij immortales firmum eius stamen esse uoluerunt, ne in rebus preclarè agēdis ulla fatorum ui abrumpi poßit. Hym. Laudo deorum prudentiam, cum eius longā esse uoluerint uitam, cuius gloria scholæ Tolosanæ amplitudo illustratur. Hoc autem filum pertenue & molle cuius significat fatū? La. Clarissimi illius Iohannis à Boyssone. Hy. Ehem quæso tanti uiri & ipsa immortalitate dignissimi, tā imbecillum stamen? La. Non fert rerū natura, ut quæ insigni excellentium uirtutū admiratione, cunctorum laudibus egregiè antecellant, eorum humanitas esse diuturna queat. sic præstantißimarum rerum omnium tardior progressus, maturior uerò & celerior existit occasus. Pariunt tardißimè elephanti, concidunt citißimè: & delicatißimū quodq; uinum citißimè acescit. Frondescunt rosæ serò, de-

fragrāt maturè. Voluit *scilicet natura, magnarum ut rerum sicut raritas, ita uolubilitas laudem admirationemq́; excitaret.* Sed *huic tamen natura uitæ honestum & gloriosum, nominis uerò ac famæ excursum sempiternum dedit.* Hym. *Felicem igitur* Boyssoneum, *cuius fortunæ par dignitas, dignitati par gloria, gloriæ par admiratio deorum benignitate obuenerit.* La. *Sed hoc stamen cernis?* Hym. *Quid quæso tam uarium? nam qua parte colum cōtingit, craßißimū est: extrema uerò parte lacerū.* La. *Ne mireris, doctoris* Daphis *est.* Fortia *enim eius facta & præclara in rempublicam studia, magnum nomen, magnam dignitatis prædicationem, magnam gloriam pepererunt: extrema hæc ætas paulatim ex hac uita in deorū consortium, in quo eius residebit uirtus, diffluit, atq; ut uides dilabitur.* Hym. *Benè huius sit senectuti, cuius tam honorifica fuit iuuentus.* Sed *illud nimis quàm admirabile est filum. cuius, dic, quæso est?* La. Optimi *illius uiri* Antonij *à* Barona. *Cur autē tam nodosum, & gemmis ueluti confixū?* La. Vt *uites nodosæ, inutile uerò cæteris rebus lignum, multis insignitum gemmis, omnium fructum præstātißimum, alteramq́; hominis uitā producunt, ita hoc stamen eū produxit, qui primus* Aquitanicam *iuuentutem literis bonis ad humanitatem effingeret: primus adolescētiæ infantiam eloquentiæ studijs informaret: primus deiectam suo loco literarum dignitatem, ingenij sui glo*

ria in pristinũ restitueret honorem. Vltimus eorum qui ad laudem eruditionis, fortunæ amplitudinem adiungerent. Hym. Enimuero fructuosum hoc stamen fuit, & immortalitate dignum. Sed deum immortalem, quæ huius staminis est proteruitas, quod tam latè se fundit semper excrescens? La. Vulteij est ingeniosißimi iuuenis, cuius nascens ingenij gloria eò prorumpit, nullis ut orbis finib9 contineatur. Hym. Caue igitur mea Lachesis, ne magno orbis incommodo istud præcidatur. Hoc cuius est obscurum, lacerum, pressum, multa in parte conuulsum? La. Germani huius doctoris. Hym. Quam significationem habet? La. Vetant fata mysteria sua prophanari, & me aliò iam uocãt sorores. Qui uitam incolumem fortunamq; petit sempiternam, gloriæ ac laudis, nõ falsi honoris ac uoluptatis stamen sibi quærat. Hym. Ego quoque in eam iam sum adductus sententiam, ut planè constituam, studium ac uitæ iucunditatem in gloria ac laude esse ponendam.

Coloniæ, expensis M. Godefridi Hittorpij ciuis Coloniensis, anno Christi nati 1558. mense Augusto, Adolpho Rincho noniùm, Arnoldo Segenio quartùm COSS.

1.005.611

Vita Nova
di M. Sillitti
Latina-
1972